



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Psalmvs Octavvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Mixe eodē uerbu eisdemq; uerbis, & gratias agit, & iusticiam laudat, & natu-
ram eius describit: Esse scilicet eam donum gratuitum dei, p quo sit laudāus
& cantandus. Quare scd m iusticiā eius, hic intelligendū omnino, ut sit idem
quod, ppter iusticiā eius, ut sit sensus: Laudabo dñm in æternum, quia ipse est
iustificat, qd nisi faceret, nec iusticia mea scd m consciētiā meā subsisteret.
Et hūc sensum iuuat qd sequitur, uelut repetito dictū: Et psallam nomini dñi
altrissim. Nam nomen dñi supra diximus esse laudem qua pradicatur, bonus,
misericos, saluator &c. Et in hoc noie credens, iustificatur & saluatur: Talis
enim est deus, qualis creditur unicuiq; *Talis deus
qualis credi-
tur cuiq;*
men tribuunt, illi quod nihil boni de eo sperant, hi q non indigent. Vnde Pro-
uerb. xvij. Turris fortissima nomen dñi, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur.
Et Ro. x. Omnis qui inuocauerit nomen dñi, saluus erit.

Ab hoc igitur noie cum ueniat iusticia & salus, ac lata cōscientia, dum forti-
ter in ipsum creditur, non aut ex nostris uiribus aut operibus, recte docet non
nisi nomini dñi iusticiam dei tribuēdam, & eidem psallēdam, pradicandum,
celebrādum, quo & alij per hanc cōfessionem & pradicacionem idem nomen
cognoscentes, credant, & salui fiant. Prope idem dicit psal. I. Docebo iniquos
uias tuas, & impij ad te cōuertent. Et iterū: Exultabit lingua mea iusticiā tuā.
Vbi impij iusticiam suam exultāt, ut sapius iam dictum est.

Quare confiteri & psallere hoc loco non priuatum gratitudinis officium so-
lummodo significant, sed etiam publicum uerbi gratiæ ministerium, quo no-
men dei hominibus manifestatur.

Vtilis & necessaria erit huius psalmi oratio, si aduersus diabolū oretur, siue
hora mortis, siue qua alia desperationis tētatione. Nā ipse est pprie diabolus, *In hora mora-
tis, & angus-
tiate cōscien-
tiæ, hic psal.
orandus.*
id est, calumniator, qui nos accusat, & conscientiam etiā in his confundit, quā
recte gessimus, & deo placent, tum quā male egimus supra modū magnificat,
utrobiq; onerosissimus, & importunissimus Semei, Aethiops terribissimus, ma-
ledicens, insultans, urgens in hæc uerba: Ecce præmunt te mala tua: Egredere
egredere, uir sanguinum, reddit tibi dñs uniuersum sanguinem domus Saul.
Et reliqua quæ ex hac historia licet cuiilibet ad tropologiam trahere. In quibus
Dauid nostrum oīum exemplū est, docēs nos ea quidem sustinere debere, sed
simul expectare benedictionē dei, pro maledictione & afflictione ista.

PSALMVS OCTAVVS.

Ad uictoriam pro torcularibus psalmus Dauid.

NOVVS hic titulus, quid per torcularia sua uelit, tanta uarietate disputa-
tum est, ut ego me fatear confusum nescire, quis inter tot melius senserit. Tres
enim sunt in uniuersum psalmi, qui torcularia in titulis præfixa habent: Hic
octauus Dauid inscriptus, octuagesimus Asaph, & octuagesimusterius fi-
lij Coreh. Nec est uersimile (id quod hebræorum præstantiores concedunt)
Dauidem, hunc psalmum in torcularibus Palestinorum composuisse, quādo
eadem ratione & Asaph & filios Coreh, suū ibidem composuisse sequeretur.
Nec legitur Dauid fuisse in torcularibus Palestinæ, sed in Geth (quæ postea lite-
rarum simili patione, Gaza dicta est) ciuitate Palestinæ; etiā si Geth significet
torcular, qd hic תורן by al Githith, super torcularibus dicitur. Nec mihi satis
facit, qd alijs uideatur, hunc psal. factum, ut caneret in festo tabernaculorū, ubi
collectus frugibus & uindemijs finitis, deo gratiæ agebantur.

P ij Proinde

Proinde, quando quidem literam quaerimus, prope in Lyranam referen-
tiam, qui Githith, arbitratur esse instrumenti musici nomen proprie-
Aut concedendum est priscis patribus, qui mysteria secuti per torcular
telligunt martyria, passionesq; Christi & Ecclesiae. Siquidem & nonnulli
psalmi, notant aliquo insigni praeter usum, uocabulo (ut uidebimus in
quo moueremur ad spiritum quaerendum. In his relicto cuiuslibet suo
cularia mystice esse passiones recte dicitur, ut Isaia. lxiij. Torcular calca-
Ius. Quod omnes de passione Christi intelligunt. Verum beatus Augustinus
satis erudite, per torcular intelligit ministerium uerbi dei in Ecclesia, in
sententiam plures scripturae consonant, ut Isa. v. Et torcular extruxit in ea
cut enim boues in area terentes, significant praedicatores. j. Corinth. ix. Cal-
calcantes in torculari eisdem significat. Hinc uinacia, & palea, triticum & cae-
num, in scripturis passim significant populos uerbo dei, uel eruditos, uel in-
ratos. De quibus non est nunc locus dicendi.

Et haec sententia ad scopum psalmi facit, in quo describitur nomen domini
in terra magnificentum, populus Christi subiectus, & destructus inferna-
lam quando ex ore infantium, & lactentium perfecisse uirtutem, & exaltasse
gloriam suam dicitur, ipsam sane praedicationem Euangelij & uerbi crucis de-
notat, qua haec omnia facta sunt & fiunt: Certe uerbum crucis, sicut torcular
conterit & humiliat homines mundi, & in unum corpus multos colligit, sicut
uinum in lacum. Atq; ita Prophetae uisum est, de spiritali quodam torculari
canere. Neque sic tamen alienum est a proposito, passiones intelligi per torcu-
laria, q; uerbum crucis, & crucifigat ueterem hominem, & pro se cogat uarias
sustineri passiones.

DOMINE dominus noster, quam admirabile est nomen tu-
um in uniuersa terra: Quoniam eleuata est magnificentia tua
super caelos.

Hi duo uersus sunt, unus in hebraeo, & alteru nomē est sacrum יהוה Tetra-
grammaton, alterum, אדון Adon, prophanum, & commune etiā hominibus.
Permisit autem interpreti sibi, ut dominus noster in nominatio diceret, ubi
Hieronymus in uocatio, domine dominator noster rectius translulit. Admi-
rabile, quod אדיר adir dicitur, magnificum, magnum, excellens, sonat. Unde
Hieronymus: Q; grāde est nomen tuum. Magnificentiam uero, Hieronymus
gloriam reddidit. In hebraeo autē יהוה, proprie laudem & confessionē significat.
A quo nomina, Iuda, & Iudaea, a laudando & cōfitendo dicta. Gen. xlix. Iuda
te laudabunt fratres tui. Nam quod hic trāstulit: Quoniam eleuata est magni-
ficentia tua super caelos. psal. cxlvij. dixit: Cōfessio eius super caelum & terrā.
Et omnino uidetur, utroq; uersu idem significare, siquidem & illic dicitur: Exal-
tatum est nomen eius solius. Q; hic, admirabile est nomen tuū, dicit: Et illic,
Confessio eius super caelum & terram. Hic: Magnificentia super caelos.

Ex praedictis autem notum esse relinquo, q; nomen dei sit non unum, sed
multa, scilicet quisquid boni dici potest, ut sit idem, quod bona fama, gloria,
opinio, praedictio, qua praedicitur, creditur, cognoscitur, speratur, diligitur,
tenetur (id est, uere colitur & honoratur) solus potens, sapiens, bonus, iustus,
uexax, suauis: simulq; pereat hominum gloria & opinio, ne quis ultra potens,
sapiens,

tia mihi quoque non displicuit, quod uersus huius particula hæc, uelut causam reddere prioris, scilicet nomen dei esse magnificatum, quia Christus ascendit in celum. Non enim nisi spiritus sancto misso potuit clarificari Christus, ut Ro. i. Qui de claratus est filius dei per spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Et Ioan. xvi. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. At spiritus miti non potuit, nisi Christo a mortuis resuscitato, in celum assumpto, & in regnum omnium gentium constituto. Sicut Ioan. vi. Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Sic psal. ij. quod prædicare se dicit præceptum dei, quod utique per spiritum sanctum impletum est, postquam se super montem Zion sanctum, dei regem constitutum dixit.

His autem uidetur non nihil officere, quod Christum, laudem, seu confessionem dici, non apte quadrare uidetur, ad similem huius uersum psal. cxlvij. Confessio eius super celum & terram. Neque cum illo psalmo, cxij. Excelsus super omnes gentes dominus, & super celos gloria eius. Quod confessio non hic tantum super celos, sed & super terram exaltata prophetetur, & nullus per confessionem eo loci Christum intelligit. Sed hæc non debent quædam mouere, quia Christus Isa. xlvij. gloria dei dicitur: Dabo (inquit) in Zion salutem, & in Hierusalem gloriam meam. Quare sicut Apostolus eum audeat appellare iusticiam, uirtutem, sapientiam, gloriam, redemptionem, sanctificationem dei, quod per ipsum nos deum iustificamus, potentem, sapientem, gloriosum agnoscere & confitentes. Et rursum, nos dum hoc sacrificio iusticiæ, sapientiæ, uirtutis &c. deum honoramus & colimus, meremur ab ipso iustificari, roborari, sapientes fieri, sicut dicit, i. Regum. ij. ca. Quicumque me honorificauerit, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Quia hoc est sacrificium laudis, quo psalmo. xlix. dicit, sese honorificari, & ipsum esse iter ad salutem dei uidendum. Nec enim hoc sacrificium offert, nisi qui nomine suo perdito in fide inuocat nomen domini, hoc est, sapientiam, uirtutem, iusticiam dei, ut dixit: Interim patiens se infirmum, stulum & malum haberi, nescium uindictæ, iudicij, gloriæ, ut eodem nomine glorificetur deus & nos, eadem iusticia iustificetur deus & nos, eadem sapientia, sapiens sit deus, & nos. Et hoc est quod Petrus. ij. Pet. j. dicit nobis maxima & præciosa donata in Christo, ut essemus diuinæ consortes naturæ, & in quæ (ut, j. Pet. j.) desiderant angeli prospicere.

Ita & eundem Christum recte per confessionem super celos eleuatam intelligimus, sed & simul nescimus, quo fructu nobis ascenderit. Expedi enim (inquit) ut ego abeam, si non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Hoc enim uult Propheta ostendere, longe aliam esse laudem dei, qua ipse in nobis, & nos in ipso laudamur, quam hominum laudem. Nostra laus, quia dei laus est, seu a deo, non est in propatulo & theatro mundi, nec apparet hominibus, sed neque nobis: immo sicut uita nostra abscondita est cum Christo in deo (Col. iij.) ut sapiamus quæ sursum sunt: ita & laus nostra cum eodem assumpta & abscondita est in deo, ut sit in fide & spe, non in re præsentate.

Ideo laus dei eadem est qua laudatur deus & nos, eademque gloria & magnificentia. Sicut psalmo. ciiij. Ut gloriemur in laude tua. xix. Nos autem in nomine domini dei nostri magnificabimur. Et psalmus. xxxij. In domino laudabitur anima mea. Quia dum nos exuti nomine nostro, in ignominia patientes sumus, uere sumus humiles illi quos respicit deus, & animæ illæ esurientes,

Christus gloria dei dicitur.

Christus confessio super celos eleuata.

Laus dei eadem qua laudatur deus & nos.

estantes, quas saturat deus. Conueniebat autem Prophetæ, ut summario uocabulo laudis, seu gloriæ uteretur, qui in tempore nondum reuelatæ ueritate loquebatur. Quæ autem hæc laus esset, & quid contineret, Apostolorum erat in lucem proferre: Hi enim docuerunt, q̄ qui laudari recte & pie uelit, deum solum super omnia laudet, deum autem super omnia laudat, qui soli deo iusticiam, sapientiam, uirtutem, & omnia bona tribuit, & refert accepta. Quod non facit, nisi qui fide spe & charitate uiuit, pressus in mundo, impotentia, stultitia, peccatis coram se & hominibus, cum hæc nemo feliciter ferat nisi fide & spe imbutus

Est ergo summa huius uersus hæc, q̄ inter deum & homines quoddam commercium est per Christum, mirabili & suauissimo commercio, contractum. Hoc inter deum & homines per Christum. minime in terra nihil habent præciosius nomine domini, hunc enim laudant, predicant, confitentur coram hominibus, ut solum potentem, sapientem, sanctum, iustum &c. Atq; hoc est nomen domini esse magnificum, admirabile, celebre & magnæ opinionis in terra, hoc enim per Christi aduentum factum est. Rursus Christus ipse eos, qui sic se predicant, confitentur coram hominibus & nomen eius cognoscunt, præcingit se, & transiens ministrat eis, laudat, prædicat, confitentur coram patre, & angelis eius in cælis, & cognoscit nomen eorum, ipseq; eorum gloria & laus est in cælis, sicut ipsi sunt gloria & laus eius in terra. Hoc est, quod dicit: Quoniam eleuata est gloria tua super cælos, ut omnino gloria hæc dei intelligatur, qua nos coram ipso in Christo sumus laudabiles & gloriosi, & nomen eius admirabile, quo ipse in nobis coram hominibus laudatur & glorificatur. In hoc mutuo nominum & laudis, multæ conciliantur & intelliguntur auctoritates scripturæ. Huc pertinet illud psalmi, lxxj. Et honorabile nomen eorum coram illo. Rursus psal. xc. Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Sic sponsa in Canticis: Dilectus meus mihi, & ego illi. Et psalmo. cx. Confessio & magnificentia opus eius, Rursus: Et laus eius plena est terra, pleni sunt cæli & terra gloria tua. in hoc enim mutuo, consistit iusticia dei qua iustificamur, dum illum nos prædicamus & honoramus, reddentes eo ipso quod debemus: Et rursus ille nos honorat, reddens eo ipso mercedem quam meruimus.

Verum (sicut dixi) q̄ facile est dicere & intelligere hoc mutuum laudis inter deum & nos, tam arduum est id ipsum præstare. Difficile enim est uniuerso nomine exui presentis & futuri seculi, & nihil fieri tam coram se, q̄ omnibus hominibus, & tamen nisi ita fiat, non potest nomen domini esse nobis grande in terra, nec laus eius nobis esse super cælos. Prius autem est, nomen domini magnificare in terra, q̄ laudem eiusdem super cælos eleuari. Sic dicit beata uirgo: Magnificat anima mea dominum. Deinde certa, q̄ & ipsa in cælis coram deo magnificaretur propter hanc domini magnificationem, dicit: Et exultauit spiritus meus, in deo salutari meo. Non est enim possibile, ut non benedicatur a deo, qui benedicit deum, nec fieri potest ut diligat, laudet, delectetur in deo, quin rursus deus eum diligat, laudet, & delectetur in eo.

Sed hic forte simplex animus scrupulum concipiet, qui toties audiuit, non nos esse priores diligendo deum, aut benefaciendo. Sicut scriptum est: Nō q̄ nos priores eū dilexerimus, sed quia ipse prior dilexit nos. Et Ro. xj. Quis prior dicit illi, & retribuitur ei: Et Ioan. xv. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos.

P iij Ioan. vj.

Ioan. vj. Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum.

Quo modo ergo nos prius eum magnificamus, ut ipse nos magnificet? Dicitur: Scriptura diuina utrunque describit, & gratiam dei & fructus gratie eius. Ideo prudentia est obseruanda, ne id quod de fructu loquitur, de arbore ipsa intelligamus, quod Cahos si misceatur, sequitur error ille Pelagianorum de libero arbitrio, qui nobis tribuit initium boni operis. Deus enim sortus facit arborem bonam ante nos, & sine nobis, quæ necessario & prior est fructibus. Verum fructus quoque necessarium est esse priores præmio. Quare hic locus psalmi & siqui similes, non ad gratiam initialem, sed ad finalem, ipsum scilicet præmium, quod redditur primæ gratiæ, & suis fructibus, pertinet. Ita ut intelligamus his & similibus locis nos prouocari ad perseverantiam in bonis fructibus promissione ista mutuæ beneficentiæ dei. Sic qui conuersus laudat deum, hoc est, uiuit accepta gratia ad laudem dei in terris, hunc rursum simul & in æternum laudat deus in cælis, simul in cælis & in æternum, hoc est, in præsentibus & futuro. Nam qui deum glorificat in uita sua, non potest non rursus sentire lætam & quietem in fiducia misericordiæ dei conscientiam, qua intelligit se deo rursus placere, laudarique in cælis, adeo prope est laus cœlestis nostra, nomini domini in terris, licet coram hominibus ignorantia uexemur assidue: Deinde si perseverat laudans, perseverat quoque laus eius in deo in æternum. Sic illud intelligemus Zach. ij. Conuertimini ad me, & conuertar ad uos, & similia. Verum eorum sententia, qui posterior rem partem huius uersus, intelligunt ueluti causam prioris, inter quos noster interpretes fuisse uidetur, dicere oportet: Laudem dei super cælos esse prioris, nomine domini magnificari in terris: Et id Christum effecisse suo super cælos ascensu, ut misso spiritu nomen domini magnificetur in terris, ut dictum est. Spiritus sanctus (inquit) non erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Atque ita laus dei, non nisi ipse Christus personaliter intelligi poterit super cælos eleuatus. Ac non fuerit magni negotij, utranque sententiam simul tueri, nec adeo longe distant, cum id constet, per Christum exaltatum euenisse, ut accepto spiritu sancto crederemus deo, nos esse gratos ac commendatos super cælos, & eodem spiritu rursus nos dei nomen auderemus in uniuersa terra magnificare, quod est aliud nihil, quæ Christum exaltatum nihil nobis profuisse, nisi nobis exaltatus fuisset, id est, nisi ascendens in altum, dona dedisset hominibus, per quæ ipsum in terra magnificaremus. Hæc sub cuiusque iudicio relicta uolo.

Arbor, fructus, præmia.

Glorificatio domini in uita sua quid consequatur.

Disertatione de uerbi dei preconibus uide ex hoc uersu ductam.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem.

Iste uersus apte sequitur ad sensum eum, quo per eleuatam gloriam intelligi diximus Christum ascendentem: quanquam nec ad alterum ineptus est. Quare ad utrumque nos eum accommodemus in hunc modum: Nomen tuum domine magnificatum est, sed longe alta ratione, quæ apud homines fieri solet. Nempe hominum mos, si mos dici debet, is est, ut non ab hominibus & contemptis uelint laudari, sed alta sapientes, raris placuisse (ut dicitur) uolunt, & a magnis sapientibus, potentibus suspici desiderant. Rursum & illi laudatores, cum uanillissimi sint, non

Sine non laudant, nisi suorummet gratia, ut & ipsi laudentur, aut lucrum capere: Ita miruum scabunt muli, nec synceri laudantes, nec probi laudant. At cum tuæ res lateant, solaq; fide intelligantur, non inuenis inter homines præclaros qui te laudent, quin potius ipsi sunt, qui laudi & gloriæ tuæ præstantia suæ gloriæ tibi pertinacissime resistunt, ideo contemprios & humiles in uerbois qui te laudent, & nomen tuum magnificent, qui nomen suum in terris odiunt, contenti q; tu sis laus eorum super cælos, & ut hoc ostenderes, misso spiritu sancto de cælis, potiusq; assumpseras gloriam tuam, Apostolos, a apostolorum similes erudisti rudes & simplices homines, ex quorum ore perfectisti laudem tuam.

Aquibus deus uelit laudari.

Magnam nobis quaestionem mouet hoc loco autoritas Christi, qui Mat. xxj. hunc uersum adducit & aptat pueris, qui eum in templo laudabant, dicens Principibus sacerdotum & scribis pueros clamantes prohibebat: Nunq; legistis ex ore infantium & lactentium perfectisti laudem? Si enim de istis pueris ad litteram solum intelligitur psalmus, ut uolunt quidam, iam nec præcedentia nec consequentia consonabunt, cum de nomine domini in uniuersa terra magnificatio ante locutus sit, qd post passionem factum est. Deinde si rigorem literæ sequamur, isti pueri nec infantes nec lactentes erant, quando uerbis formatis benedicebant & cantabant: Osanna in excelsis.

Rursus nulla ratione licet Christo dissentire, qui hunc uersum illis aptauit, cuius autoritas etiam ipsi psalmo præferenda est. Reliquum ergo est, sententiam uersus huius esse generalem de omnibus qui sunt simplices & recti corde, qui non alta sapiunt, nec in rebus mundi sunt prudentes, filij scilicet lucis. Quorum generatio cum nullius ætatis angustia claudat, sed in omnium seculorum tempore, in omnium ætatum genere reperitur, recte pueris quoq; conuenit, non modo, quia ipsi sunt hoc modo simplices & synceri, sed etiam, quia sua simplicitate & innocentia hæc fidei simplicitatem in Christo, nobis corporaliter figurant. ut. j. Pet. ij. Quasi modo geniti infantes, lacrationale concupiscite. Pueri enim, nec potentia, nec sapientia, nec magnitudine, sed impotentia, stultitia, paruitate nos flectunt, delectant, uiuunt: Ita Christi laudatores non fortitudine mundi, non in sapientiæ humanæ uerbis, non in magnitudine gygantum, sed in stultitia uerbi, & scâ dalo crucis, orbem uicerunt, & nomen domini magnificauerunt in uniuersa terra.

Pueri quibus nos uiuant.

Igitur miracula canit hic uersus diuinæ uirtutis, quæ nomen suum in terris potuerit magnificare tam stupendo & incogitabili modo: Primum, in medio eorum, qui nomina sua magnificabant insanissime, & præter ea nomini domini pertinacissime obsistebant: Magnum enim fuit, etiam regum & sapientum & sanctorum mundanorum nomen delere & in nihilum redigere, erecto solo suo nomine: Deinde q; is cuius nomen magnificabatur, nusq; apparuit, soloq; uerbo indicabatur, cum illi & præsentibus ipsi, & suas res præsentibus ostentare possent, quibus nomina sua statuerent: Tertio, quod pene maximum erat, q; hunc inuisibilem Christum magnificabant aduersus omnem uisibilem pompam, non gygantes, uiri famosi, docti, diuites, nobiles, sed piscatores, idiotæ prorsus, infantes & lactentes, sine ulla potentia, aut sapientiæ specie, cum illis adhererent turbæ, maximarum buccarum uiri sapientissimi, eloquentissimi, potentissimi.

Miraculum diuine uirtutis in magnificatione nominis dei

Proinde

Proinde in heb. dicitur: Ex ore infantium & lactentium perfecisti uirtutem, ut sit maior miraculi expressio. Virtutem autē alij laudem reddiderunt, offensa forte absurditate, q̄ ex ore uirtutē perfici, nō ita quadret, ut laudem, communi sensui legentium seruantes. Et licet uirtus hoc loco queat intelligi, idem quod uirtutes prædicatas, per Synecdochen, & idiotismum hebraum, meo tamē sensu, aptius intelligitur, id quod est robustum, potens, ualidum, ut sit sensus: Perfecisti ex ore infantium uirtutem, id est, uerbum dei præualidum, cui non possent resistere & contradicere omnes aduersarij. Sicut & alio psal. Audite uerba mea, quoniam potuerūt, id est, quia ualida, firmaq; facta sunt. Ut simus intelligamus Christum in mūdo omnia fecisse, nō nisi uerbo Euangelisanti, quod sua infirmitate omnium potentiam, sua stultitia, omnium sapientiam, suo scandalo, omnium religiones subuertit, quia quod infirmum est dei, fortius est hominibus, & q̄ stultum est dei, sapientius est hominibus. In hunc modum Lucas in Actis frequēter memorat uerbum dei creuisse ualde, & confortatum fuisse, uelut huius uersus rem monstrans.

Atq; hic conueniendū sunt Ecclesiarum Christi rectores, ut his uerbis se erudiri intelligant officium suum. Virtus enim Christi & Ecclesiæ non hic ex mundo accersitur, nō inuocat auxilium brachij secularis, non intonat ignem, aut mortem, non fidit in armis regum, & principum: sed ex ore infantium perficitur. Sine dubio docēs, q̄ q̄ aliter nomen dñi studuerit magnificare in terra, q̄ per os infantium, hic potius blasphemet, & nomen suū magis q̄ dñi magnificare conuincatur. Quales sunt, qui Turcas & infideles, aut hæreticos hodie, non uerbo dei, quod ignorant, sed bello & mūdano tumultu, aut censurarum strepitu petendos esse infantunt: scilicet, quæ per os infantium uicta sunt, per hæc ipsi uincere præsumunt, & blandum os infantium in buccas gygantum truculentas (id est, uerbum dei suauem suarum traditionum tyrānides) mutant. Iam si quis est qui hoc malum intelligit & relinquit, is deinceps discat, quid, & quo modo agat, ut recte populos regat.

Primum inquit, Ex ore. Grande monitorium, sed fidele ijs, qui in Ecclesia uerbum tractant. Tunc enim recte tractatur, quādo discernitur os a uerbo, ut uerbum sit non eius qui prædicat, immo nec prædicet, sed sinat Christum per os suum loqui. Sic Paulus. j. Cor. xij. An experimentum queritis eius, qui loquitur in me Christus? Poterat enim hic dicere: Infantes perfecerunt laudem, sed reprehendendi eramus nos temerarij fabulatores, qui in salutato spiritus sancto, quicquid in mentem, immo in buccam uenit, populo effundimus. Quin, alij de industria scrutantur & quærunt ne solita prædicent, hoc est, ne Christus uerbum suum, sed ipsi uerbum suum doceant. Ideo, & sequitur, ut non solum non destruant inimicum, & ultorem, sed potius fortificent, & faciāt trisorem. Huc pertinent & illi, qui sibi met conscij magnæ doctrinæ suæ, periculum sibi somniant longe maximum, si non alios doceant, causantes sese talentum sibi datum in terra defodere, & cum seruo pigro duram sententiam domini expectare: adeo ridiculis nugis diabolus ludit horum phantasias. Quos hoc uersus oportet instructos scire, nos non esse qui docemus, nec uerbum nostrum docendum, sed solum os nostrum posse uerbo eius seruire, si ipse uoluerit, & uocauerit: Tu (inquit) perfecisti laudem, non illi, non, nos. Sic & in Euangelio tradidit quidem dominus talenta seruis, sed non nisi uocatis. Expecta ergo & tu, donec uoceris, interim ne ambias, nec te ingeras, non enim te rumpet scientiā tua. Currebant (inquit) & ego non mittebam eos, prophetabant, & ego non

Præualentia
uerborū Chri
sti.

Officium re-
torum Eccle-
siæ Christi.

Verbum dei
quomodo tra-
ctandum in Ec-
clesia.

ego non loquebar eis. Multos hæc tentatio misere uexat, ita, ut eos & instituti sui sine fine pigeat & poeniteat, diabolus hæc facit, ut inquietet eos qui bene accipiunt, & tandem tedio consumet. Igitur, qui uocatur, præbeat os, & recipiat operarios, & perficiat uirtutē ex ore infantium.

Secundo, infantium & lactentium, Hic uerbi minister docetur, ut infans sit cum infantibus, & (iuxta Paulum) fiat omnibus omnia, ut omnes lucrifaciat, omnino cauens ne que nō despiciat, ac fastidiat. Sicut infantes præ similitudine sua prorsus nullum personarū respectum, sed sunt omnes æquales & iidem. Quid enim periculosius in uerbi dei ministro, quam si alius sit magnatibus, & diuitibus, alius infimatibus, & pauperibus, qui in hoc ministerio, ut omnibus seruiat, nulli aduleat, nullum fastidiat. Vix inuenias in scripturis, contra quod æque pugnet spiritus, atq; contra personarum iniquū respectum, quod difficile sit personis & laruas cōtemnere, & homines in deo inuisibili amare & querere. Deinde & hoc docetur, ut sint blandi, non conuulsi, non iracundi, & c. Tales enim non sunt infantes & lactentes. Sed, & ostentatio hoc uerbo reprehenditur eorum, qui ambulant in magnis & mirabilibus super se, docentes si caperet, fructum acciperet: & omnino omnis doctrina humanitas concepta, & tradita quocunq; adulterio sensus carnalis, aliena a diuinitus inspirata.

Infantiliter
prædicatur.

Cōtemnere lar-
uas hominū.

Tertio, perfecisti, nec satis est, scilicet, etiam dei uerbum docere, nisi recte doceatur. Sicut Timotheū instituit Paulus, ut recte uerbū dei tractet. Sunt enim multi anxi & uani prædicatores astuantes & tumultuantes, qui ignorant aliud esse plantare, & rigare, & aliud incrementū dare, statim, ut dixerint, omnia facta uelint, non tam uolentes audiri, quia uerbum dei dicunt, q̄ quia ipsi sunt uerbi dictores, organum magis, q̄ sonum commendari petentes. Horum portio est, qui meditati ac conceptis a se uerbis promittunt sibi ipsi, nūc hos, nūc illos pungere & mordere, ac statim conuertere, ubi sit miro dei consilio, ut nihil minus impleant, q̄ quod cogitauerunt. Sentit enim naturaliter anima hominis uerbum arte super se compositum esse, & stercore humano (ut apud Ezechielem est) operitū, id est, humano affectu pollutum, ideo nauscat super illo, & potius irritatur, q̄ conuertitur. Tunc autem potius mouetur, quādo nullam industriam dicentis, sed liberum uerbum audierit. Liberum enī & syncerum uult in publicum proferri & tangere quos prædicator ipse nescierit. Sicut in hanc rem multa legimus exempla, itaq; nostrum sit, os tantum accommodare uerbo, dei sit perficere & incrementum dare. Sic Christus Math. xxj, misit discipulis a sinam & pullum prædixit, quos illi non uiderunt, nec nouerūt, & tamen ibāt ad incognitos adducēdos. Quare stulta ista fiducia posita, quam si nos quicq; ualeamus uerbo cooperari in auditore, potius oratione satagamus, ut sine nobis, solus ipse perficiat in auditore, quod loquitur in doctore. Ipse est enim qui loquitur, & ipse est qui audit, & omnia in omnibus operat. Nos uasa & instrumenta eius sumus, nec accipere nec dare quicq; potētia, nisi ipse det & accipiat. Vnde psal. lxxvj. Vigilāti uerbo dicit: Ascendisti in altū, accepisti dona in hominibus. Cum Apostolus Ephe. iij, dicat: Dedit dona hominibus.

Spiūs in ore
prædicatoris.

Quarto, si tales fuerint uerbi ministri, sine dubio efficax & potens erit uerbum, nec

bum, nec frustra profereſ. Sicut Iſa. lv. dicit: uerbu quod egrediet de ore meo non reuertet ad me uacuu, ſed faciet quacunq uolui. Nota quæ ego uolui, quæ miniſter: & prosperabitur in his, ad quos miſero illud, non utiq in ipſo, quos miniſter ſua temeritate torſerit, aut dixerit. Proinde horrendum & periculofum eſt utrinq, ſiue docere uerbum hominũ ſub titulo uerbi dei, ſiue uerbum dei etiã purũ torquere pro affectu proprio. Quorum utruq monſtrum ualidiſſima tyrannide Eccleſiam hodie occupauit. Sit ob hoc timidus & humilis quicunq populo Chriſti in uerbo præſt, & magis orationis puritate q̄ in doliſtra uirtute ſtudeat liberum uerbum & ſolum ſimpliciter tradere, committens deo, tam ſuã linguam, q̄ auditorũ animas. Statutum eſt enim in Eccleſia dei non eſſe magiſtru, niſi illum, qui dicit: Vnus eſt magiſter ueſter Chriſtus. Et pſal. lix. Deus locutus eſt in ſancto ſuo. Id eſt, in ſanctuario ſuo, qd eſt Ecclēſia: ubi autẽ loquitur homo, uel Satan, ſiue dubio ibi lupanar & ſynagoga Satanæ eſt. Quale enim eſt uerbum, talis populus, talis deus, talis cultus, talis fides, talis conſcientia, talia opera, & omnia. Adeo in hominẽ omnia aguntur uerbo ſolo. Quo circa ego metuo ne libri illi infiniti, tam lurium q̄ Th. eologiz, qui hodie extra Euangelium in Eccleſia regnant, ſint phialæ illæ aureæ plenæ iracundiæ dei, quæ effuſæ in terrã, mare, flumina, ſolẽ, aerẽ &c. multa mala hoĩbus inferre ſcribunt Apo. xvj. Quæ em ira & plaga dei grauior, q̄ inter chriſtianos, Chriſtũ non doceri, nec fidẽ eius agnoſci, interim, Decretis Decretalibus, Sextis, Clementinis, Extrauagantibus, Moralibus, Summiſtis, miſeras animas occupantibus & opprimentibus?

*Timidus fit
predicator
& humilis.*

*Libri Eccleſiaſtici, non
Apoſtolic.*

Vocatio prædicatoris quõ accipiendã.

Vtraque poteſtas uocare poteſt ad laudem dei.

Vocati ad prædicationẽ magna faciunt

Porro quod diximus, neminẽ debere in eccleſia docere, niſi uocatu à deo, ne quis deſideret, quæ ſit iſta uocatio dei, id obſeruet, ſi quis præter, immo contra uoluntatẽ ſuam, per maiorum ſuorũ, ſiue Eccleſiaſticorũ, ſiue ſaculariũ autoritatem, in officium uerbi uocatur. Nã non eſt poteſtas niſi a deo. Ro. xij. Ideo quicquid poteſtas utraq mandata, non eſt dubium, quin deus mædet. In de nõ legimus in ueteri teſtamento ullam hitoriã feliciter geſtam, niſi primũ conſulto deo, & ſiue per angelum, ſiue per hominẽ accepto reſponſo: q̄ enim in feliciter pugnarint filij Iſrael citra dei mandatu legimus Nume. xij. Idem in Machabæis uidemus. Non dubites, ſi te dñs uolet, quæret te, & potius de celo angelum mitter, qui adducat te. Atq̄ hac cauſa fieri crediderim, Cur hodie nec pontifices, nec ſacerdotes, nec religioſi doceant in Eccleſia uerbum dei, q̄ nullus ferme amplius ſit, qui uocantem deũ expectet, ſed uniuerſi ambient, dignitates, præbendas, otia, & ſaturitatẽ uentris, ut iam, nec ſolos Monachos, ſed & pontifices & ſacerdotes faciat deſperatio (ut dicunt) & quædã ignauia ſpiritus. Hanc itaq̄ uocationẽ dei nõ melius intelliges, q̄ ſi obſerues hitorias ſcripturæ, & omnĩũ ſanctorũ in Eccleſia, Magna em ſemper fecerũt, qui uocante deo docuerũt: ut ſanct. Aug. Amb. & ante eos Paulus Apoſtolus, Atq̄ ne iterum cuiſpiam ſcrupulũ inijciã, de ijs loquor, qui ad docendũ uerbu dei ueniũt: Horum in q̄ eſt, q̄ maxime obſeruare, ut mittente deo ueniant, Sicut Ro. x. dicit: Quõ predicabũt, niſi mittant: Sicut ſcriptũ eſt, q̄ ſpecioſi pedes Euangelizantium. Et Malach. ij. Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiã, & legẽ requirẽt ex ore eius, quia angelus dñi exercituũ eſt. De reliquis uero, qui, uel ad Episcopatus, uel Canoniciatus, & id genus alia ſacerdotta ueniunt, in quibus non eſt officiu uerbi, non arbitror eſſe neceſſariã uocationẽ. Quandoquidẽ in his hodie uix aliud, q̄ priuatũ ſtudium ſeruiendi deo quærit: In quo, iuxta Paulũ. j. Cor. vij. Vnuiquiſq̄ ppriũ donũ habet, alius ſic, alius uero ſic.

Non tamen

Non tamen abijciendi sunt, si qui pio studio animosi, rerū, famæ & uitæ con-
tempores, ambiunt docere uerbum (quancūq; hæc rara sit auis) immo sunt com-
mendandi, ut Apostolus, i. Tim. iij. dicit: Fidelis sermo: Si quis Episcopatū
desiderat, bonum opus uocari, sequitur: Oportet enim Episcopum irreprehē-
sciparum bonum opus uocari, sequitur: Oportet enim Episcopum irreprehē-
sibilem esse, unius uxoris uirum, sobrium, ornatum, prudentē, pudicū, hospi-
talem, doctorem. Et reliqua. Hæc (inquit) quia sunt Episcopi, si quis desiderat
bonum opus desiderat. Requirit enim id officij contemptorem gloriæ & scopi.
uix & omnium rerum, quia ueritatis ministeriū est, Quæ præ prædixit, dicēs: Et
omnis odio omnibus hoibus propter me, Quod cum uix ferant, qui per uim at-
tulantur inuicti, frustra speratur latrus, qui sua sponte ambit, aut non singu-
lari gratia inuis mouetur ut ambiat;

Sequitur in uersu. Propter aduersarios tuos, id est aduersarios, seu (ut iam saepe
manifestissimum id nominis) tribulatores tuos. Quod & si de deo incarnato apte
dicitur, cum deus ipse tribulari non possit, nec aduersarios pati, tamen, ut per-
gamus cœpto sensu, quo ad personam patris, de Christo hæc omnia dici intel-
ligimus. Cōsolamur hoc uerbo, scilicet audientes spiritum sanctum diffinire,
aduersarios non esse nostros, sed dei aduersarios, eius enim aduersarij sunt, cu-
ius uerbum & opus persequunt. Atq; ut nos non sumus qui loquimur & ope-
ramur, sed deus in nobis, ita nec nos sumus qui patimur aut contēnimur, sed
deus in nobis, Sic Apostolus audet Ephe. iij. Et nolite cōtristare spiritum san-
ctum dei, quo signati estis in diē redemptionis, Et Zach. ij. Qui tetigerit uos,
tanget pupillam oculi mei. Licet hoc iura Ecclesiastica pulchre ad solos sacer-
dotes detorserint, quasi laici non sint organa Spiritus sancti, & j. Regū. ij. Qui
uero uel operi nostrō aduersent homines impij: Sinamus eos furere, immo
pro eis solliciti oremus, ut apertis oculis uideāt, nō in nos, sed in deum ipsum
sele incurrisse.

Quid autē est, ppter aduersarios perfectam esse uirtutē ex ore infantiu: Nem-
pe, q̄ perseuerat in consolando infirmitatē nostrā commendaturus miraculū
diuinæ uirtutis, quasi dicat: Excitabitur aduersus infantes imbelles Pharaō
bustus, & linguam suam magnificabit filij hominum, nec deerunt Magi, lan-
nes & Mambres, qui signa facient, & omnino præualidi erunt aduersarij, tam
ui, q̄ astu, qui resistunt ueritati, propter hos, inq̄, ne proficiant, Sed, ut Apосто-
lus, j. Timor. iij. amentia eorum nota fiat, dabis eis os, & sapientiam, cui non
possint resistere, & contradicere omnes aduersarij eorum. Semper enim Gygā
tes & cadentes (ut hebræus habet) sunt super terram uiri famosi a seculo, qui ui-
olentia freti irruunt & opprimunt ueritatis imbelles & simplices infantes an-
nunciatores: Sed hoc permittitur, ut ostendatur uirtus uerbi quē p̄fecit ex ore
ipsorū, dum per impotētes cōfundit potentia, per stultos cōfundit sapiētes, &
pere eos qui nihil sunt, eos qui oīa sunt destruit. Vnde sequitur.

Vt destruas inimicum & ultorem, Hieronymus sic: ut quiescat inimicus &
ultor. Hoc est, ut cesset, desinat, & sabbatisset ab operibus suis malis, est enim
uerbū hebræum, a quo sabbatū, id est, requies uenit, ut indicet inimicos & ul-
tores cessaturos esse, uel ut amplius nō sint, iuxta psal. ciiij. Deficiāt peccatores
a terra, & iniqui, ut nō sint: Vel quia mutādū sunt in amicos & panētes: Iuxta
prophetiā Isaiæ. ij. Constabunt gladios suos in uomeres, & lanceas suas in sal-
tes; Allegorice, linguas nocentes in salutare.

Q Synecdochen

Veritas non
sine contrā
dictoribus.

Inimici & ultores qui dicantur.

Synecdochen habet inimicum, & ultorem, id est, omnes qui sunt inimici ultores. Inimici sunt, quod contraria sapiunt & agunt, ultores, quod pro suis statuēdis aduersus infantes dei infantiunt, & (ut psal. ij.) dicunt: Dirumpamus uincula eorum, & projiciamus a nobis iugum ipsorum. At ibidem sequitur, quod destruantur: Tunc loquētur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Quamquā ego credo hoc psal. magis describi destructionem salutarem in spiritu, qua (ut dixi) destruitur impius, ut pius fiat. Hoc enim est proprium negotium Christi in Ecclesia, hoc & opus spiritus est, quod uerbo pacifico Euangelij manu arte alia, quā ex ore infantium, propter inimicos perficit uirtutē: Et opera dignorum suorum ostendit, ut dicitur.

Mores & ingenium aduersariorum uerbi dei.

Exprimit autem proprie ingenium & mores aduersariorum uerbi dei, Primum, quod sunt caro & sanguis, & ut dicit psal. cxv. Omnis homo mendax, ueritatis, praesertim eius, quae mortificat, impatientes sunt. Prudentia enim carnis inimicitas est deo, legi enim dei non est subiecta, nec enim potest. Ro. viij. Deinde ubi ueritas dei dicta per infantes fuerit, illi uelut laeso suo sensu, in quo sibi placent, non solum sunt inimici, sed praetexto noie specioso ueritatis, armanē zelo quod in ultionē sui sensus, non quiescentes donec ueritatis Apostolos pro gloria dei & zelo ueritatis, atque (ut hodie nouo titulo tonant) pro honore sanctae Ecclesiae occidant, aut opprimant. Adeo promptum & prouum, immo necessarium est, inimicum ueritatis dei, simul fieri ultorem mēdacijs sui. Quod malum cum in causis omnibus, etiam prophanis celeberrimum uideamus, tamen in causis dei & rebus fidei, ubi species longe diuinissima potest accommodari, secure & facile triumphat.

Predicator ueritatis sese aduersarios habiturum non ignoret.

Est ergo eruditus & certus, quis, quis uocatus, aut conatus fuerit docere uerbum, sese aduersarios habiturum, qui non modo sua non audiant, sed etiam si illorum offenderit studia (sicut oportet) acerrimos uindictas & persecutores. Non mentientur haec uerba spiritus, quae infantes committunt cum inimicis & ultoribus; portentosum satis certamen, sed tamen sic diuinitus dispositum, feliciterque processurum, si credat, non suis, sed dei consilij rem geri solumque curet, ut os situm praebat loquenti, & sit organum dumtaxat uerbi, perficiēs perficiet uirtutem, & destruens destruet aduersarium. Proinde qui sic docet, ut non inueniat inimicum qui resistat, & ultorem, qui persequatur, quia extra regulam huius uersus docet, non praesumat se uerbi dei esse perfectum & plenum praedicatorum, sin irruerint inimici & ultores, dixerintque: Dirumpamus uincula eius, & projiciamus a nobis iugum eius: Aut illud prophetarum crimen obiecerint: quod est onus uerbi domini: Et illud Zedechiae percussus Micheam (iij. Regum ult.) Me ne dimisit spiritus domini, & locutus est tibi: Et tu solus es omnium sapientissimus: Hic bene speret, sciens iuxta hunc uersum, se infantem & lactentem esse, illos uero Nimrothos & Gygantes, sic enim uidemus prophetas, Christo, Apostolis, & omnibus uerbi ministris cōiugisse, Quorum exempla uelut nubes densissima nos debet animare, quae uidemus cum hac scriptura ad apicem & iota usque concordare.

Ex quo sequitur, quod iura hominum, atque adeo muta illa & somniculosa Theologia Sententiarum, nunquam fuerit uirtus oris infantium & lactentium, nec cum huius uersus elogio quicquam habuit commune, quod eorum nullus adhuc repertus est, qui pro ea aliquod insigne malum passus sit, nisi forte muliebre aliquod inter rixandum conuiuium, neque enim pro opinionibus adiguntur ad ignem uel

regem uel mortem donec eruperint, & in sacras literas transpositi, uerbum dei
 mutare ceperint: Quin potius insignibus ornantur, loco & nomine donan-
 tur, in foro salutantur, & Rabi uocantur, & sunt Magistri Nostri eximij. Non
 habet ista doctrina inimicos & ultores, nisi quo modo uel Pilatus & Herodes
 inter se, aut Pharisei & Saducei. Nam & Thomistas, Scotistas, Modernos, tñ
 sacerdotes, episcopos, & religiosos, hodie nullum fuerit negotium, conuenire
 aduersus Christum, licet inter se immortali dissidio pugnent. Sicut psalmo. ij.
 propheta nō immerito admiratur: Reges terræ, cum essent inimicissimi, tamen
 in propheta nō immerito admiratur: Reges terræ, cum essent inimicissimi, tamen
 astutisse: Et principes sacerdotū, factionibus mutuis dissotiatissimos, tñ aduer-
 sus dominum & Christum eius cōuenisse. Hæc dicta uolo ijs, qui uerbum dei
 pure proponūt tradere, ut sciant sese huius uersus lege tanto plures & maiores
 inimicos & ultores habituros, quo corruptius est seculum istud nouissimum,
 & speciosior species titulorum, nominum, dignitatum, officiorum, rituum, sub
 nomine Christi inualuit. Sta fixa sententia: Ex ore infantium non perfici, nisi
 uirtutem quæ habeat aduersarios, & destruat inimicum & ultorem. Non em̄
 ijs prædicatur, qui iam sunt amici, sed inimicis. Verbum Crucis est, & scanda-
 li, si non mortificat aut offendit, uerbū crucis esse desijr.

Quoniam uidebo cœlos tuos, opera digitorum tuorum, lunam
 & stellas, quæ tu fundasti.

Quā sollicitus est optimus spiritus dei nos inflare, superbos, animosos, &
 ut ad uocem alludamus, spirituales reddere, hoc est, uentosos, tumentes, ple-
 nos, aduersus inimicos & ultores, sed non nisi in fiducia sui. Dixerat, infantes
 & lactentes esse, quorum est infima & impotentissima forma, ut quæ indigeat
 in omnibus iuuari, omni passioni per se exposita. At eisdem nūc appellat cœ-
 los dei, formam scilicet rerum omnium supremam & potentissimam, ut quæ
 lumine, motu, fulgore, tonitru, pluuia, & alijs operationibus nihil non possit,
 & faciat in omnibus sibi inferioribus. Neq; enim cōuenit satis, ut hoc loco cœ-
 los uisibiles intelligamus. Quæ enī esset cœli iactantia maximi prophætæ tam
 gaudiosa, se uisurū esse cœlos, quos & bestia agrī, & uolucres, aut, ut multum
 demus, impijssimi homines uident. Ac forte nō sine causa adiecit pronomen
 Tuos, quo se ostenderet, non de quibusuis cœlis loqui, sed de ijs, qui sint non
 hominibus cœli, sed deo soli, ut in quibus ipse solus habitat, quos solus nouerit,
 qui sibi soli seruiant. Nam hi uisibiles cœli & nostri cœli sunt, ut qui nobis
 quoq; ad corporalia seruiunt, nobis cogniti. Quod si hæc parum mouent, mo-
 ueat Apostolus Heb. ij. qui ingressurus huius psalmi interpretationem, uo-
 cat orbem terræ futurum, dicens: Non enim angelis subiecit orbem terræ futu-
 rum, de quo loquimur. Quanquam ego, si quis contenderit, non resistam,
 hunc uersum intelligi de cœlis nouis, & terra noua, quæ creabuntur in die
 nouissimo. Sicut Petrus prædixit. ij. Pet. ij. ut in fine mundi destructis inimi-
 cis, & ultoribus uniuersis, transeuntibus cœlo & terra, in nouam faciem om-
 nibus mutatis, electi uideant & lætentur. Sicut dicit Isaias. lxx. Ecce ego creo
 cœlos novos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non ascen-
 dent super cor, sed gaudebitis & exultabitis, usque in sempiternum, in his quæ
 ego creo. Et hunc sensum iuuat uerbum futuri temporis, Quoniam uidebo.
 Cur enim uisurum se diceret, nisi futuros, & alios cœlos significaret. Sed, &

Q ij Apostolus

Apostolus ad Hebræos. ij. cum inducit psalmum. cj. de mundis cœlis sicut amicum &c. uidetur hunc psalmum. de futuris cœlis intelligere. Qui huius sensui uolet cōsentire, dicit in præcedēti uersu descriptum totius Ecclesiæ usq; ad finem mundi negotium, q̄ aliud non est, q̄ perfici uirtutem ex ore infantium, & destrui inimicum & ultorem, adeoq; & ipsum peccatum, & peccati uindictam, mortem, ut. j. Cor. xv. Nouissimus destruetur inimicus mors. Vt his destructis, cœli noui uideantur.

Negotium totius Ecclesiæ.

In ministris uerbi dicitur contrariæ formæ.

Licet hæc sententia pulchra, & uera sit, tamen & priorem non deseremus, arbitrâtes, duas summe cōtrarias formas in uerbi ministris depingi. Quarum altera est, qua hominibus parent. Hæc nominibus infantium, & lætentium significatur, scilicet, impotentia, stultitia, & inanitas. quam. j. Cor. iij. latius explicat, dicēs: Puro enim, q̄ deus nos Apostolos nouissimos ostēdit, tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis & hominibus. Nos stulti p̄pter Christum, uos autem prudentes in Christo, nos infirmos autem fortes, uos nobiles, nos autē ignobiles, usq; in hanc horam, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cœdimur, & instabiles sumus, laborâtes manibus nostris, maledicimur, & benedicimus, blasphemamur & obsecramus, persecutionē patimur, & sustinemus, tanq; purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsima usq; ad huc. Ecce forma infirma Apostolorum: talis enim in oculis hominū est & esse debet Apostolus, Apostolorumq; successor. At rursum. ij. Cor. ult. Formam, qua in oculis dei erat, quanta copia effundit, inter cœtera, dicens: Tamen si nihil sum, signa tamē Apostolatus mei facta sunt sup̄ uos, in omni patientia, in signis, & prodigijs, & uirtutibus. Et. j. Cor. j. Nos prædicamus Christum crucifixum, ludæis scandalum, Gentibus stultitiā, ipsis autē uocatis ludæis, & gentibus Christum, dei uirtutem & dei sapientiam. Et. ij. Cor. ultimo: Christus non infirmatur in uobis, sed potens est in uobis. His omnibus declarat, q̄ magna sit forma in oculis dei ministerii uerbi, cum sicut Cœli pluat doctrinam salutarem, tonet minis, choruscet miraculis & signis, illuminet promissis &c.

Est ergo sensus huius uersus: Ex ore infantium, perficies uirtutem, & destrues inimicos & ultores, quod erat mirabile in oculis omnium hominum, necq; credibile, ut fastus & potentia mundi tantæ infirmitati cedant, fiet tamen: Quoniam cœlos tuos uidebimus; Et qui in carnis infirmitate prædicant, uirtute tamen spiritus signa faciēt, & præualebunt, & qui in oculis hominū sunt despecti, coram te, & qui oculos tuos habent, sunt super omnem potentiam & gloriam. Atq; ordinē uide: Prior est forma infantium, posterior cœlorum, ut ostendat Apostolum, seu uerbi ministrum, gloriosa forma nihil ualere, nisi si prius ualuerit ignominiosa. Cum autem nunc summis uirtutibus detestentur formam priorem, tantum diuitijs, luxu, fastu, pompa præstantes, quid mirum, si nec posteriore ualeant, nec uerbo, nec signis aliquid potentes? Vnde Imperator ille, cum Papa ei suos ostendisset thesauros adficiens: Nunquid Imperator nos possumus dicere, Aurum & argentum, non est mihi; Respondit satis oportune, & false, sed nec illud quod sequitur, potes mi pater dicere: Surge, & ambula. Nam sacerdotia duntaxat dispensare, & iurgia mundi curare, quæ hodie sunt Apostolicorum negotia, quis nō uel Turca, uel Scyta possit attentare: Infelicissimum sane aduentum dei in carnem, si ob hoc uenit, ut hanc potestatem pontificibus daret, quam a seipso tantis repulit studijs: sed sine, sic me retur nostra ætas administrari.

Nō est mirum nosros Apostolos, nihil spiritus uirtute posse.

Mouet

Mouet forte simplicem lectorem, q̄ uisurum se cœlos dicit Propheta, cum noui testamenti tempus nō uiderit. At in persona populi dei loquitur, quæ tunc uisurus erat, postea uidit, & nūc uidet, uisurusq̄ est in finem mundi. Neq̄ enim tam curat exprimere, quo modo ipse uidet, q̄ quo modo manifestandum sit quod uisurum se dicit. Quasi diceret: Cœli tui reuelabuntur, & mitentur in omnem terram, omnium oculis expositi, ut uidere possim eos, si uiderem, nunc uero audio eos, & fide sola cerno. Eodem tropo, & eadem persona loquitur Iacob. Genesis. xlix. Expectabo salutare tuum domine, id est, scio manifeste uenturum. Et psalmus. xcviij. Viderunt omnes termini terræ salutare dei: Quod est dicere (ut Isaias loquitur) Reuelabitur gloria domini. Et Si meon: Lumen ad reuelationem gentium, id est, ut reueleretur gentibus. Quare hoc uisus, non nisi manifestam Apostolorum, & successorum ostendit omnium oculis præsentiam, & notitiam. Atq̄ hoc est, quod Propheta exultat, delectatus scilicet, in reuelandis uerbis & gratiæ sacramentis, per Apostolos, & successores eorum.

Opera (inquit) digitorum tuorum. Sumpta ex hominibus artificibus metaphora, qui opera sua digitis efficiunt, præsertim electiora, & teneriora: Nam quæ manibus, aut pedibus faciunt, crassa sunt, & parum artis referentia, omninoq̄ similia bestiarum operibus. His docetur noui testamenti prædicatores esse longe præ ueteris testamenti sacerdotibus synceriores, q̄ spiritum a litera plene separarint, & purissime tenerrimeq̄ tradiderint, quem illi in uolutum rudioribus legis umbris uelut crassiore opere tradebant. Nihil enim ad perfectum duxit lex, ait Apostolus. Constat autem satis ex Euangelio, digitum dei uocari spiritum sanctum, qui siue ipse propter diuersitatem donorum (de quibus. i. Corinth. xij.) pluraliter digiti, dicatur, siue ipsa dona, nihil refert. Cœli enim formantur spiritu sancto, formantur & donis spiritus sancti.

Et illud quoq̄ perseverat quod psalmo primo diximus, uerbum אֱלֹהִים significare operationem manentem, seu facturā, ut est domus, aut uestis. Quod hic clare intelligit, dum opera (heb. מַעֲשֵׂה מַלְאָכִים Maese) appellat Apostolos & uerbi doctores p̄ digitos suos factos. In quo & altera dignitas Apostolica formæ commendatur. Qui & si coram hominibus sint peripsima, dei tamen sunt tenerrima, electissima, grauissima opera, deformatur ab hominibus, sed formatur a deo, illis sunt patientes immo passio, huic autem opus. In quo iterum, fortissima datur consolatio uerbi ministris, ut sint fortes animo, scientes sese esse digitorū dei opera exquisita in oēs uolūtates eius. Opus enim est robusta consolatione ijs, qui aduersus totum mundum singuli & soli mittuntur pugnaturi. Vnde & Christus Actuum. i. præcepit Apostolis, ut sederent in ciuitate donec induerentur uirtute ex alto, & expectarent promissionē patris, q. d. Non ibitis donec opera digitorum meorum facti fueritis.

Simul indicat ea dictione prosperitatem uerbi, si ministri modo sint opera digitorum dei. Nam Exodi. viij, in tertio signo defecerunt magi, dicentes: Digitus dei hic est. Sic & Act. viij. Non poterant resistere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur. Itaq̄ cæteris omnibus resistit diabolus, mundus, & caro; Sed digitus dei, qui spiritus & impetus est, nemo resistit, perflat auster hortum sponstæ, & fluunt aromata illius; Cantic. iij. Flabit (inquit psalmus cxlvij.) Spiritus eius, & fluent aquæ, id est, conuertentur, & mollescent populi. Ita in digito dei,

Operi digitorum que intel ligantur.

Consolatio ad uerbi ministros.

Digitus dei nemo resistit.



gito dei, nec aliter eiecit Christus demonia. Igitur, quæ infirma, infelix, stulta est forma Apostolica in infantibus & lactentibus descripta, tam potens, felix, sapiens est in cælis, & operibus digitorum dei commendata, ut faciat quæ nemo credat fieri posse. Adeo omnia sub cõtrarijs formis aguntur, quæ dei sunt. Nam & Moses & Aaron in prioribus duobus signis uelut infantes & impotentes habiti sunt, sed in tertio & sequentibus, sicut cœli & digitorum dei opera præualuerunt.

Lunam & stellas quæ tu fundasti. Queritur quid sit, quod solis non meminerit, qui cœlorum gloria est. Forte quod totum psalmum de ipso Christo canit, qui est sol istorum cœlorum, ut psalmus. xvij. Soli posuit tabernaculum in eis. Quia de ipso superius dixerat: *Blessata est gloria tua super cœlos.* Et deinceps laus eundem proprio præconio decantabit, dicens: *Quid est homo quod memor es eius &c. dignior enim & copiosior illi debebatur prædicatio, quæ lunæ & stellis, ideo seorsum erat canendus.* Quamquam & in hoc satis indicatus est, quod fundatas stellas & lunam dixit: *Cum fundamentum Ecclesiæ & iustorum sit.* Quomodo & Isaiam, xxvij, adducit Petrus, i. Pet. ij. *Ecce ponam in Zion lapidem summum, angularem, probatum, electum, preciosum, & qui crediderit in eum, non confundetur.*

*Christus sol
iusticia, fun-
damentum Ec-
clesiæ.*

Poterat ergo dicere: *Lunam & stellas, quæ tu illustrasti, seu, per solem lucere fecisti.* Si quidem a sole uniuersi luminis fonte, aiunt, lunam & stellas illustrari. Sed maluit dicere: *quæ tu fundasti, non sine causa, ut ostenderet simul Christum solem cœlorum esse, & fundamentum, & petram, supra quam Ecclesia ædificata, & fundata præualeat, etiam aduersus portas inferi.* Matth. ij. & xvj. Et ut sic potius loqueretur, magis quadrabat ad rem, quæ si de illuminatione locutus fuisset. Quia Christus quidem illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum; Et Euangelium prædicatur omni creaturæ, sicut sol iste illuminat omnia, uerum, ut cæci non uident lumen omnia illuminans, ita non omnes obediunt Euangelio, nisi qui fide forti fundantur in Christo sole illuminatore. Quod iterum in nostram cõsolationem & exhortationem dicitur: *Quia quantumuis insaniant in Ecclesiam & sanctos Christi, non præualebunt, stat enim fundamentum Christus, stat Ecclesia, quia deus eam fundauit super Christum, non commouebitur, quia qui credit in illum non confundetur.* Quando ergo de fide Ecclesiæ & iustorum, uoluit loqui, quia sola fundantur, repugnabat uerbum (fundasti) ut solem adijcere non posset, cum ipse non fundetur, sed fundamentum sit.

*Christum do-
centes mudo
spectabiles.*

Illud minutulum est: *Cur potius dicat, quæ fundasti, quæ, quas fundasti, cum & luna, & stellæ, sint foeminini generis: Nam hebraeus neutrum genus non habet.* Sufficit lunam & stellas, significatione allegorica, esse Ecclesiam & fideles in Christo, qui fide super eum fundati, uisibiles, spectabilesque facti sunt toti mundo. Sic Daniel, xij. *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui erudiunt ad iusticiam multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Non hic loquitur de doctrina & iusticia hominum, ut ferme cõtaminatur hic locus a plurimis, sed de doctrina & iusticia dei, quæ est in spiritu. Atque id indicat ipsa Allegoria, quod cœlos, lunam, stellas appellat, cum nihil minus appareat coram hominibus, uidentur tamen, id est, signis & uirtutibus ostenduntur mundo, sed non creduntur ab omnibus.

Obserua

Obscura distributionem, caelos appellat opera digitorum dei, lunam & stel-
 las fundata dei. An non caelos quoque ipse fundat? an non luna & stellae sunt
 opera digitorum eius? Cur ergo sic distribuit? utrumque certe ipse facit solus,
 & utrumque in utrisque operatur. Digiti eius faciunt tam caelos, quam lunam &
 stellas, & ipse fundat tam lunam & stellas, quam caelos. Verum ideo hac distribu-
 tione usus est, ne (sicut Corinthij) ullus diceret: Ego sum Pauli, ego Cephe,
 ego Apollo. Non enim Apostoli Ecclesiam, & fideles, fundauerunt, sed deus ^{Ecclesiam non}
 qui incrementum dat, sunt tamen ministri, per quos (inquit) credidistis, id est, ^{Apostoli, sed}
 fundati estis. Ipsi uero per nullos alios se priores Apostolos fundati sunt, sed ^{Christus funda-}
 runt opera digitorum dei prima, iuxta illud psalmi, xxxiiij. Verbo domini caeli ^{dauit.}
 firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis uirtus eorum. In qua re, quid opus est ite-
 rum admonere maiores Ecclesiarum, ut intelligant non satis esse si fundentur in
 Christo cum caeteris, nisi sint opera digitorum dei, scilicet uocati & facti ex deo.
 At nunc quid sunt, nisi opera manuum hominum, simulachra gentium, aut ^{Maiores Eca-}
 rum, & argentum? Aures enim habent, & non audiunt uerbum dei, oculos, ^{clesiarum,}
 & non uident seipfos, manus habent, & non palpant, alijs bene faciendo, nec ^{quid sunt.}
 ut uocentur hodie creatura hominis, & recte: Si enim essent opera digitorum
 dei, creatura hominis non essent. Et dignum est seculum nostrum, has uen-
 tosas & audaces adulationes audire. Denique in praefationibus Epistolarum ^{Adulationes}
 non separant hominis & dei gratiam: Dei (inquiunt) & Apostolicae sedis gra- ^{audaces secu-}
 tia. Quasi parum sit, dei gratia, aut non prophatum eodem titulo, dei & ho- ^{lo nostro dia-}
 minis gratiam aequare. Abominatio ista in loco sancto stans, etiam placet his, ^{gnas.}
 qui eam summis uiribus debuerant propellere. Verum transeat ista iniquitas,
 dabitur nostris sua moribus aetas, ut praesint simul gratia Apostolicae sedis,
 & indignatione tribunalis Christi. Apostolica sedes debuerat agnoscere tan-
 quam gratiam sibi factam, si cooperatores mereretur obtinere, & compellere inui- ^{Onus, non}
 tos, tanquam onus, & non gratiam impositionem. ^{gratia.}

Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quo-
 niam uisitas eum?

Primum, quia uarios hic exercitauit locus autores, illud sciendum quod in
 hebraeo, non est coniunctio disiunctiua, in qua re, & si parua, Augustinus,
 Cassio, & alij suam intelligentiam collocant, dum dicunt: Aut filius hominis,
 pertinere ad Christum propter disiunctiuam: Et, quid est homo, pertinere ad
 omnes alios. Verum hebraeus constanter habet: Et filius hominis, dicens:
 אדם בן אדם ubi Adam, & hunc sequemur, autoritate Pauli heb. ij. utrumque
 de Christo intellecturi, ubi dicit: Testatur autem in loco quodam quis: Quid
 est homo quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam uisitas eum? Quanquam
 si etiam coniunctio disiunctiua seruetur, non urget alium hominem, alium fi-
 lium hominis intelligi, quod usu permissum sit istis, qui cum admiratione nimia
 (ut hic locus) interrogant, Tautologia tum disiunctiua utantur tum copula-
 tiua, ad indulgendum affectibus, ut ibi: Popule meus quid feci tibi, aut in quo
 molestus fui, aut in quo contristauit te.

Q iij Deinde

Deinde obseruandum, Hebraea lingua duobus nominibus appellat hominem, in quantum natura constat: Quae sunt אדם Adam, & אנוש Enos, Tertium, quod איש Is dicitur, & saepius pro homine transfertur, rectius uir duntaxat transferretur, cum ab eo dicatur אישה Isha uxor, seu mulier. Quasi diceret: uirago, uel uiracea, quia inquit Gen. ij. de Is, id est, uiro suo, sumpta est. Unde & Is fere in scripturis mariti, aut magistratus nomen est, & omnino magis ab officio, quam natura sic dicitur: de quo psalmo primo diximus, Enos autem, & Adam sic differunt a Eusebio. xj. praepa. Euang. iij. & diuo Hieronymo in quaestionibus hebraicis, quod Enos proprie hominem significet secundum animam, Adam secundum corpus. Et hoc recte אדם Adama enim hebraice terram significat, de qua secundum corpus formatus est: ut sit Adam dictus ab originis, & maritiae suae uocabulo, uelut terrenus, seu terrestris. Ad quod respexisse perspicue cernitur Apostolus. j. Cor. xv. ubi dicit: Primus homo, de terra terrenus, Secundus homo, de caelo caelestis, qualis terrenus, tales & terreni &c. Et translator quoque psalmi. xlvij. anxie conatus differentiam in aliena lingua reddere, dixit: Quia terrigenae & filij hominum: ubi dicitur, tam filij Adam, quam filij Is, uocans filios Adam, filios terrae, seu terrigenas, obscurissime loquens, propter intemperatam Etymologiam, satis tamen indicans, Adam sonare terram, ac si latine hominem ab humo diceret, humigenam, uel humanum.

Enos autem Etymologia sua, Eusebio significat obliuiscens, & sic distinguit hunc uersum, sicut & in hebraeo habetur: Quid est Enos, quoniam memor es eius? Et filius Adam, quoniam uisitatus eum? Ioannes Reuchlin dicit: Enos ab afflictione, dolore, moerore dictum, quod una cum Eusebii sententia satis placet, quod homo iuxta animam suam oblitus sit dei sui per peccatum, non ea quidem obliuione, quae uulgaris est. Nam quis tam impius, qui non plerumque deo garrat, & cogitet? Quin nemo frequentius dei memor est, quam impij, maledici, blasphemij, & superbi, qui (ut Isaias inquit) nominis domini recordantur, neque in iudicio, neque in ueritate: hoc est, nomen domini assidue usurpant, sed in uanum. His bonum esset, ut nominis domini obliuiscerentur, sicut bonum est ei sacris abstinere, qui non pure ea tractat. Sed obliuiscens eum significat Enos, qui in spiritu & ueritate, dei & sui est oblitus. Cui deus iam non deus est nec pater, nec dulcis, sed iudex, hostis, terribilis, qualis erat Adam cum fugeret in paradiso a facie domini. Nonne hic nimio erat memor dei: immo nimium sensit praesentem, maluisseque absentem, quod & omnes daemones & damnati mallent, qui contremiscunt a facie eius assidue. Qui cuncti ergo a deo desertus, in eius misericordia non fuerit eruditus, hic est Enos, miser, moestus, pauidus, desperatus, & plane inconsolabilis. Quis consoletur eum, cuius conscientia eum contristat? At conscientia laeta non est, nisi ea quae fidit in dulcissimam dei misericordiam, audens eum patrem cum omni fiducia appellare, nec iudicium, nec mortem, nec ullum malum, praeter hac fiduciam metuens. Sicut econtra tristis non est, nisi quae hac fiducia inanis, sentit illud Deutr. xxvij. Dabit tibi dominus cor pauidum, & animam moerore consumptam: Mane dices, quis mihi det uespere? & uespere, quis mihi det mane? Haec igitur obliuio facit Enos & hominem, in quam maxime nos protrudunt traditiones, consilia, solatia hominum, sola autem fides liberat, & memorem rursus dei facit, non nisi misericordiam, & charitatem in Christo nobis proponens & commendans.

Vide

Vide ergo Antithesin gnauiter positam. Quid est Enos, quoniam me-
 mor es eius? Memoriam dei & obliuionem nostram pulcherrime componit.
 Et nescio in Propheta uere, memorem deum, ideo dixerit, ut Enos Ety-
 mologizaret. Nam illud: Et filius hominis, qui uisitans eum, obscuriore, uel
 nulla Antithesi dicitur, nisi in hoc spectetur, quod deus cœli, & filius ter-
 ræ sunt duo longe contrariissima, ut alterum ab altero uisitari sit mirabilissi-
 mum. Sic illud psalmi, cxj. Quis sicut deus noster, qui in altis habitat, & hu-
 milia respicit?
 Igitur grande miraculum est, hominem qui in seipso & omnium oculis de-
 relictus, desperatus, oblitus dei, nihil minus sentit, q̄ deum sui memorem, esse
 deo in memoria. Et cor hominis debet, ac potest hoc credere & capere, deum
 esse iracundum, bene uolentem, dulcem, quem non sentit, nisi iracundum, hor-
 rendum, insustentabilem. Quis non miretur, quis non dicat: Quid est homo,
 q̄ memor es eius? Opera dei sunt hæc incomprehensibilia, nisi per fidem, & ue-
 stigia hæc non cognoscuntur, psalmo, lxxvij. Ita uisitari filium hominis, quis
 credit a deo, cum nō sit nisi despectus ab omnibus, nec in eo quicq̄ appareat,
 nisi q̄ est natus de muliere, similis naturæ substantiæ? Si enim esset filius regis,
 principis, sacerdotis, diuitis, honorati, appareret non difficile, uisitari a deo:
 Nunc nihil uilius dici potest de homine, q̄ q̄ sit filius hominis (nisi uellet ho-
 minem negare) hic enim titulus communis est, quantumlibet omnium, no-
 uissimus, & uilissimus. Et grādis est Tapinosis in uerbis istis: Filius hominis,
 sicut in uerbis Pilati, quando dixit de Christo: Ecce homo. Vult enim uilissi-
 mo nomine eum appellare, quod nemo hominum in altero multum curat, &
 tamen ita deus curat, ut uisitet, & ad eum ueniat, quem uniuersi ne respiciunt
 quidem. Vnde in Propheta Isaiæ, lxij. sublimes hominum oculos in persona-
 rum respectu occupatos arguens, dicit: Si uideris nudū, operi eum, & carnem
 tuam ne despexeris. Ecce tuam carnem appellat, nudum, famelicum, sitien-
 tem, egenum, & quo quisq̄ est nouissimus. Sic scilicet formam, quæ in om-
 nibus nobis communissima est, nemo nostrum perpendit, pro qua culpa di-
 gni sunt sapientes illi, ut uniuersalia, uel Purphyrij, uel Aristotelis somnient,
 & naturas communes uanissimo studio, perditōq̄ labore quærāt, qui uniuersa-
 lia illa creatoris in seipsis negligunt.

Filius hominis
signat uilissi-
mum in hoie.

Naturarum
communium ua-
nissima studia

Quos deus nō
sitet.

Verum

Quo nomine
Christus filius
hominis.

Verum, quomodo hæc convenient Christo, de quo diximus proprie
tam loqui, teste apostolo ad Hebræos? At idem Philippen. ij. breuiter id
dit, dicens: Qui cum esset in forma dei, non rapinam arbitratus est esse æqua-
lem deo, sed exinanituit se, formam serui accipiēs, in similitudinem hominum
factus, & habitu inuentus ut homo. Non enim inuentus est ut Rex, princeps
aut aliquid eiusmodi personarum, sed ut filius hominis, similis homini nouis-
simo: Deinde & maxime assimilatus est peccatoribus, factus Enos, tristis, ab-
solutus, & omnino sicut unus ex nouissimis nobis, portās in seipso iram patien-
s pro nobis, & factus uilissimus terræ filius in oculis hominum, ut non solū ipse
sed nec ulli mortalium uideretur deus esse memor eius, aut eum uisitare, quin
ipse de se, dixit: Perijt fuga a me, & non est qui requirat animā meā. Et iterum
Factus sum tanquā uas perditum, proiectus sum a facie oculorum tuorum. Por-
tissimum autem, respicit ad tempus passionis Christi, quando inceptit teder-
& pauere in horto, tunc enim exinanitus, factus est Enos coram deo & seipso,
factus filius Adam coram hoībus, relicto quod aliud nihil quā natura sibi, nau-
raquā uocabula. Nam, sicut dixi, Enos ad animam, Adam ad corpus pertinere,
ita pronum sequitur: Enos pertinere ad hominē, ut est corā deo, miser & afflictus,
Adam filius, ut est coram hominibus, uilis & despectus.

Christus mira-
bilis in operi-
bus suis.

Ecce ergo: Hic est sol iusticiæ, rex noster, super quo miratur ingenti stupore
propheta: Nunquid hic illuminabit lunam & stellas, & creabit celos immo
fundabit: Sic, utique sic, Sic lucet, his radijs illustrat mundum, qui eum recipit,
ideo enim necesse est lunā, & stellas fundari, ne hac solis sui luce offensi ruant,
Atque hæc ratio est, cum tam magnifica Allegoria, celos, lunam, & stellas præ-
dicasset, cum iam expectaretur, ut de sole quoque diceret, repete uideatur aliena
loqui, raptus in stuporem, solis huius gloriam ineffabilem demonstrans, ma-
gisque admirante silentio, quā magniloquo uerbo eum indicans. Ac si dicat, de
luna & stellis audistis. Porro de sole quid dicam? Stupore superor, sol est, sed
quis capiat, cum sit Enos, & filius Adam? Vere mirabilis & laudabilis deus,
qui huius memor es, & eum uisitas, quāto magis mirabilis, quā hunc solem esse
constituisti omnium illuminatorem: illud mirabile, hoc plus quā mirabile, &
homini incredibile profus.

Hic nunc uideat quisque sibi: Primum, quā patiens, aut plenus sit radiorum hu-
ius solis iusticiæ, quia enim peccatum destruendum est, quod sine dolore &
ignominia fieri non potest, ideo Enos, & filium hominis fieri quemque ne-
cesse est, ut sit intus dolens, & foris confusus, & sic utriusque nomini naturæ suæ
satisfaciatur & respondeatur, similisque fiat Christo, qui similis prior factus est ei.
Nos enim nihil ita fugimus, atque ne simus, scilicet Enos, & Adam, semper de-
lectati alienis uestiri pulmis & laruis, & ea quæ iustorum & sanctorum sunt
nobis uendicare, id est, lætitiā, & gloriam. Verū sol iusticiæ, non sicut lucet,
nec tales illuminat, nec super se fundat.

Deinde, ubi talis fuerit, confidat & gaudeat, huius uersus solatio cantans
& sciens, quoniam dominus memor est Enos, & uisitat filium hominis, sicut
in Christo sole suo ostendit. Porro, quomodo Christus hac ratione Enos &
obliscens dei fuerit, & filius hominis, per omnia similis nobis, forte psal-
mo. x. latius dicetur.

Minuisti eum paulominus ab angelis: Gloria & honore coro-
nasti eum.

Nostr

Nōm adiectū huic uersui: Et constituisti eum super opera manū tyrarum. Quod est in hebreo sequentis uersus particula prior. Hebræus sic habet: Et mi-
 nuisti eum paululū ab אלהים Elohim. Quod Hiero. translulit, a deo. Et satis
 constat Elohim in scriptura, non tantum deo, sed, & principibus, & iudicibus
 aliquando, q̄ uicarij dei sint, accōmodari. ut Exo. xxxj. Offerat eum dñs dñs, &
 applicabit ad ostium. Et Gen. vj. Vidētes filij dei, filios hominū, quos omni-
 no filios patriarcharū intelligimus, ipsos quoq; Gygantes. Quāq; si quis pti-
 nacter neget uispiam Elohim hominibus tribui, nescio qua ratione conuince-
 rem, cū his duobus locis, & alijs etiā deus queat intelligi. Verū autoritatē alio-
 rum interim sequamur receptorē, q̄, ut liceat contradicere.

Noster sane interpre: uidetur potius ab angelis, q̄ a deo reddidisse, q̄ forte
 inceptus esset dicere, deo: Tu minuisi eum a deo: cum omnino aliā minuētis,
 & aliam eius a quo minorus est personā sermo exigere uideat. Sed hoc offen-
 diculam facile tollit uisitatissimus tropus scripturæ, quo ad secundā personā lo-
 qui solet in tertia. ut. ij. Reg. xiiij. Quæ ait ad Dauid: Recordē rex dñi dei sui.
 Ita hic potuit intelligi locutus: Minuisi eum paulominus a deo, id est, a te, q̄
 maior sit uerētia, in tertia personā, q̄ secūda ad maiores loqui.

Sunt autem huius modj uersus singulæ dictiones a multis tractatæ, difficul-
 tatē præstiterunt, Angeli, & aduerbiū Paulominus, & uerbū Minuisi, & pro-
 nome Meū. Nec defuerunt qui de humana natura ad angelos comparata, co-
 parati sunt intelligere, sed nos modo consequentia cogimur præcedentibus co-
 pulare, idq; unico & simplici sensu, ideo ex omnibus quæ placent & congruūt
 accipiamus, relictis cæteris apud suos.

Explicat autē iste uersus omnino præcedentē: In quo dictum est, Christum
 Enos esse in memoria domini, & qui cōtempus fuit hominibus, uisitē a deo.
 Ideo sensus est: Dereliquisti eū paruulo tempore, sed cū gloria magna suscep-
 sti eum, quo ostēdisti, q̄ non fueris eius oblitus, nec eū despexeris, ut psal. xx.
 Quoniam non spreuit, neq; despexit deprecationē pauperis. Ideo omnino pro-
 nomen Eum, referre debet, non filiū dei secundū diuinitatē, quod faciunt, qui
 per incarnationē eum intelligunt, hoc loco ab angelis minoratum: sed secūdū
 humanitatē, in qua Enos, tristis & dolens, factus, dum nostros ferret languo-
 res, uidebatur in obliuione esse coram deo, & desertus, sicut reuera fuit quātū
 erat in sensu suo ipsius, & hominū. Nam omnino de passione Christi hic psal-
 mus loquitur, & gloria per passionem obtentata. Vt clare Apostolus ad He-
 bræos. ij. dicit: Eum autē qui minoratus est paulominus ab Angelis, uidemus
 Iesum per passionē gloria & honore coronatum &c. Et paulominus non ad
 dignitatē, sed ad tempus pertinet. Idem enim aduerbiū psalmo. ij. habuimus:
 Cum exarserit in breui ira eius, id est, cito & post modicū exardescet ira eius.
 Et omnino nihil de substātia, differentia, dignitate naturarū hic agitur, sed de
 duratione passionis.

Iam uerbum minuisi, quia non reddidit hebraicum, nobis sonat, ac si
 eum, qui magnus est, quispiam imminuat, quo modo potentia, dignitas, opu-
 lentia alicuius minuitur. Iohannes Reuchlin interpretatur, defect, defuit,
 diminutum fuit. Vt. ij. Regum. xvij. Nec lecythus olei minuetur. Et infra:
 Nec lecythus olei est imminutus, Ex quo patet hoc loco significari, Christum
 derelictum a deo, ut qui cessant eū tueri, & ei defuerit, sicut in cruce clamauit:
 Eli, Eli, Lamazababani: Nam hoc paululum intelligit, scilicet, horam illam
 de qua dixit: sed hæc est hora uestra, & potestas tenebrarum. Itaq; cum ad hanc
 usq; horam

usq; horam esset potens in opere & sermone, subito & paruulo tempore, nempe triduo, minutus est & desertus a deo in hac potentia, subiectus infirmitati & morti quoq; & inferno: nam quid sit a deo relin qui, suo loco dicemus. Quare eandem ferme sententiam hoc uersu de Christo, quā Isaias, liiij. de toto paruulo dei, ponit dicens: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te: In momento indignationis abscondi faciē meam in robustissimam consolationem nostram, ut discamus ex modica tribulatione temporis huius, lucrū facere æternæ salutis, ne cum anxiamur, arbitremur in æternum nos derelinqui ab eo, quem audimus esse memorem Enos, & uisitare filiū hominis, quantumlibet minuet nos paulominus, ueniēs uisitabit, & gloria honoreq; coronabit modicum passos, ut, j. Pet. j. Modicum nunc si oportet contristari in uarijs tentationibus. Eiusdem. ij. ult. Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit uos in æternam suā gloriā, in Christo Iesu, modicū passos ipse perficiet, confirmabit, consolidabitq;. Et Paulus. ij. Cor. iij. Id enim quod in præsentia est (id est, momentaneum) & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contentis plantibus nobis quæ uidentur, sed quæ nō uidentur. Verum fide hic opus est, est enī mirabile in oculis nostris, dum agitur. Sicut hic Propheta quoq; miratur, dicens: Quid est homo. Quod in hebræo potest dici: q̄ homo, qm̄ memor es eius. Nam dictio מֵמָר Ma, hebraicis ualeat, aliquā questiuum quid, aliquando q̄: ut psal. cxviij. Quomodo dilexi legē tuam domine, pro, q̄ dilexi, Et infra: Quam dulcīa faucibus meis eloquiā tuā, Et psal. lxxxij. Quam dilecta tabernacula tua, immo & hoc psal. Quam admirabile est nomen tuum, Hoc enim sefellit interpretē, quo minus Isai. xxxvij. clare redderet hebræū: Et dixit Ezechias, quod erit signum, quia ascensurus sum in domum domini. Non enim quærit ibi, sed miratur signum, quod ei datum erat, dicens: q̄ signum, quia ascendā, q. d. Nonne hoc grande, & admirabile signum? ita non inepte hic diceretur: q̄ homo, quoniam memor es eius. Quod sic redderet: Nōne mirabilis est ille homo: Nonne mirabilis ille filius hominis, memor es eius, dum obliuisceris, uisitās eum, dum derelinquis, uerum hoc facis, ut in breui eū deserās in æternū exaltaturus.

Ab angelis.

Hoc sensu habito perspicuum sit, hebræum מֵמָר Me Elohim, aptius transferri a deo, q̄ ab angelis, q̄ Christum a deo canit minoratū & derelictū, uisitatum & desertum, minutum & auctum. Non tamen ob id reiicienda est uisitata translatio, siue Apostolus, aut quisquis alius hebraice scripserit epistolam ad hebræos, siue græce, cum constet Apostolum raro citare hebraicā proprietatem, sed frequentissime, lxx. etiam in alijs Epistolis, ut Ro. iij. ex psalmo. xij. & v. facit. Atque illud maxime conuincit autorem eiusdem Epistolæ legitisse & scripsisse ab angelis, non autem a deo: q̄ accedens ad huius psalmi testimonium dicit: Non enim angelis subiecit orbem terræ futurum, de quo loquimur: Tunc mox inducit hūc psalmū, Christo homini esse subiectum probans, neque enim liceat cogitare Apostolum uoluisse dicere: Non enim deo subiecit orbem terræ futurum. Sequendo itaq; hebræum sensum nō possumus Christi minorationē comparatione angelorū intelligere, cum (ut & Erasmus bene infert) nō solum Angelis minor sit factus, qui nouissimus uirorū & (ut dixi) præter Enos, & filium hominis reliquum non habuit. Ex Apostolo ad Hebræos non liquet quid uelit.

Quare cum

Consolatio parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Scilicet, hæc oia in robustissimam consolationem nostram, ut discamus ex modica tribulatione temporis huius, lucrū facere æternæ salutis, ne cum anxiamur, arbitremur in æternum nos derelinqui ab eo, quem audimus esse memorem Enos, & uisitare filiū hominis, quantumlibet minuet nos paulominus, ueniēs uisitabit, & gloria honoreq; coronabit modicum passos, ut, j. Pet. j. Modicum nunc si oportet contristari in uarijs tentationibus. Eiusdem. ij. ult. Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit uos in æternam suā gloriā, in Christo Iesu, modicū passos ipse perficiet, confirmabit, consolidabitq;. Et Paulus. ij. Cor. iij. Id enim quod in præsentia est (id est, momentaneum) & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contentis plantibus nobis quæ uidentur, sed quæ nō uidentur. Verum fide hic opus est, est enī mirabile in oculis nostris, dum agitur. Sicut hic Propheta quoq; miratur, dicens: Quid est homo. Quod in hebræo potest dici: q̄ homo, qm̄ memor es eius. Nam dictio מֵמָר Ma, hebraicis ualeat, aliquā questiuum quid, aliquando q̄: ut psal. cxviij. Quomodo dilexi legē tuam domine, pro, q̄ dilexi, Et infra: Quam dulcīa faucibus meis eloquiā tuā, Et psal. lxxxij. Quam dilecta tabernacula tua, immo & hoc psal. Quam admirabile est nomen tuum, Hoc enim sefellit interpretē, quo minus Isai. xxxvij. clare redderet hebræū: Et dixit Ezechias, quod erit signum, quia ascensurus sum in domum domini. Non enim quærit ibi, sed miratur signum, quod ei datum erat, dicens: q̄ signum, quia ascendā, q. d. Nonne hoc grande, & admirabile signum? ita non inepte hic diceretur: q̄ homo, quoniam memor es eius. Quod sic redderet: Nōne mirabilis est ille homo: Nonne mirabilis ille filius hominis, memor es eius, dum obliuisceris, uisitās eum, dum derelinquis, uerum hoc facis, ut in breui eū deserās in æternū exaltaturus.

Quare cum Christus fuerit minoratus a deo, nec amplius cum eo fuit in
 circuitibus, triduo passionis suae, Quid mirum, si & ab angelis uolente deo,
 exhiberet mini plusquam duodecim legiones Angelorum: Ne autem leue putes
 ab Angelis nos esse minutos, seu relictos, considerandum quod uniuersam nostram
 salutem in ministerio Angelorum deus curat. Sicut psal. xc. scriptum est: Quoni-
 am Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uisus tuis: In mani-
 bus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et psalmo. xxxiii.

Salus hominum
 angelorum mi-
 nisterio cura-
 tur.

Immitteret Angelos domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Sic filios
 Israel Angelus eduxit ex Aegypto, posuitque se inter eorum, & Aegyptiorum
 castra. Et Angelus (inquit) meus praecedet te. Sic Lot de Zodomis eripuerunt,
 Et res pueros in camino ignis, angelus seruauit. Atque in lib. iudicum, quoties
 quanto Angelorum officium memoratur per hominibus: Sicut & in Zacharia
 & Daniele. Ut recte Paulus heb. j. dixerit esse eos spiritus administratorios
 missos propter eos qui hereditatem accipiunt salutis. Non igitur mirum, quod pro
 nouo miraculo, & stupore ducit Propheta, omnes ueteres seculi patres fuisse
 ad uos aduersos ab angelis, & eos in hoc uno Christo cessare, eumque minui
 & salutem facti sunt in te sperauerunt, & non sunt confusi: Ego autem sum uer-
 mis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Ac si dicat, illi si
 de sua obtinuerunt salutem in aduersis, nec unquam ad mortem usque sunt relictis:
 Ego autem relinquor usque ad mortem, & spes mea post mortem, demum ueni
 et. Talis enim passio decet nouum testamentum ideo Christus caput praecedit
 & prior omnium relinquitur, & minuitur a deo, & angelis: Sequuntur eum
 omnes qui credunt & inuocant nomen eius. Quare sicut beatus Aug. ad ho-
 noratum, tractans psal. xx. recte docet in ipso, differentiam noui & ueteris Te-
 stamenti quod in hoc aliquando quidem relictis sunt patres usque ad periculum uitae,
 sed nunquam ad mortem usque: illo autem sicut oues occisionis aestimantur omnes
 & in mortem deseruntur ignominiosissimam. Ita & hoc psalmo eandem noui
 tatem passionis celebrat Propheta, & praeter antiqua admiratur. Immo non mo-
 do angeli ei non aliterunt, ac ministrauerunt, sicut solent, sed & quicquid no-
 minae Elohim potest significari, principes, reges, sacerdotes, seniores, & qui
 prius ei adhaerebant.

Christus pri-
 or omnium rea-
 linquitur.

Gloria & honore coronasti eum, Pulchre reddit contraria contrariis, Gloria
 uocabula, primum declaremus: Gloria hoc loco proprio ponitur בבויה Cabod,
 quod Graeci dicunt, De qua psal. iij. Tu es gloria mea, & psal. vij. Gloriam
 meam in puluerem deducat. Ea est, non modo pompa nominis, seu, ut dicunt,
 fama cum laude celebrata, uolentes gloriam a laude, seu, fama discerni celebri-
 tate, quasi gloria sit clara a claritate dicta. Verum est, & ipsa Augusta maiestas
 rerum pulcherrimarum & maximarum, quas possidemus, & ex quibus tum
 ista fama celebratur, tum nos ipsi gloriamur, & superbimus. Vnde dominus
 Mat. vi. Dico uobis nec Salomon in omni gloria sua uestitus fuit sicut unum
 existis. Quid hic gloriam nisi pompam, & maiestatem, abundantiamque rerum
 appellat, quibus Salomon erat celebratus apud omnes gentes: Vnde & in
 hebraeo, gloria a uerbo uenit, quod grauescere significat, ut psalmo. iij.
 uidimus.

Gloria quid
 intelligatur.

R Honor

Honor.

Honor autem quod חָדָר hadar hebræis sonat, mirum quæ uarie, & inconstanter sit passim uersum, nunc pro decore, nunc pro honore, nunc pro pulchritudine, nunc pro magnificentia, nunc pro splendore, nunc pro dignitate, psalmo, cii, dicitur: Confessionem & decorem induisti, psal. xc. Confessio & pulchritudo, quæ duo nomina psal. xliij, sic redduntur: Specie tua & pulchritudine tua, psal. cxliij, Magnificentiam gloriæ, sanctitatis tuæ, psal. cix, In splendoribus sanctorum, Proverb. xiiij, In multitudine populi, dignitas regis, hæc hadar, quod, autore Reuchlino, significat decorauit, honorauit, glorificauit, Ex quibus sequitur, honorem hoc loco propriissime redditum hebræo nomini, significare pompam alteram magnatum, quæ consistit in multitudine eorum qui eos reuerenter suspiciunt, adorant, subiiciuntur, seruiunt, obsequuntur, assistunt. Hi enim sunt decor, ornamentum, splendor, magnificentia, pulchritudo, dignitas regis. Ut gloria & honor sint uelut contrariæ pompæ: Gloria quæ a rege exit, & diulgatur ad alios: Honor, quæ ad eum, hac gloria moti, multi ueniunt & agnoscunt. Ex hoc Leui, xix, dicitur: Honora personam senis. Et multi uero ut honorent, mox gloriam augent. Ideo canimus deo gloria, & honor in secula seculorum, quod in sempiternum augeatur & maneat. Sicut e contra duo illa mala quoque se mutuo augent, quæ sunt Enos, & filius hominis, qui enim oblitus est dei, & miser ac tristis factus, statim & filius Adam defertur, quia de quo nihil dicitur, eundem & nemo honorat. Sicut in seipso nihil est, ita ab omnibus deseritur.

Coronasti, metaphoricè dicitur a corona, quæ undique perfecta est, & totum cingit, pro eo quod est, circumdedit eum, j, Reg. xxij. In modum coronæ cingebant Dauid & uiros eius. Et psalmo, v, Scuto bonæ uoluntatis tuæ, coronasti nos. Igitur Christus factus pro nobis Enos, desperatus, & afflictus undique, & in omnibus, nunc habet omnium rerum imperium multa laude, & fama celebratum, delectatus, & securus in omnibus: Factus filius Adam cõtempus, & inhonoratus, nunc honoratur, adoratur, quæritur ab omnibus: Et qui minus fuit ab omnibus, nunc undique ex omni creatura cingitur, ut non sit creatura quæ hunc ignoret, aut non honoret. Euangelium enim, prædicatum est omni creaturæ, in gloriam eius. Rursum in nomine eius, omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Ista enim corona gloriæ, & honoris, id est, uniuersæ creaturæ, nulli unquam alteri concessa est, neque conceditur. Ex parte enim illi glorificant, & honorantur, & nullus habet omnia nisi ille qui minus est paululum ab omnibus, ex nulla parte gloriam, & honorem habens, immo ex omni parte afflictionem, & irreuerentiam, ut pro hoc merito coronetur in æternum gloria, & honore. Verum ista corona gloriæ, & honoris non dum est completa: ut Paulus dicit, j, Cor. xv. Nunc autem nondum uidemus ei omnia subiecta, oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos scabellum pedum suorum. Hoc agitur, scilicet usque ad extremum iudicium, interim manent, qui non glorificent, nec honorificent eum, & coronæ huius plenitudini resistent.

Constituisti eum super opera manuum tuarum: Omnia subieciisti sub pedibus eius.

Sicut uersus

*Omniū uerū
imperii Chri
stus habet.*

*Incõpletâ co
rona Christi.*

Sic ueritas in hebreo absolutur. In quo gloria, & honor Christi exponitur. *Christi honor, simul & gloria.*

Christi est, quod omnium rerum dominus est, atq; ita uidetur gloriam esse maiestatem rerum possessorum, ut diximus. Honor est omnia ei esse subiecta, cum agnoscat, ad eum conuerti, ex nutu eius pendere. Et satis pulchre aperit, utraque pompa, tam gloriæ, q̄ honoris, hoc uersu componitur, dum dominus & subditi describuntur per uerba, constituitur, & subiecisti, quo cum uno dominus, & gloria, altero subditi, & honor monstratur. Eadem duo de, prospere, procede, & regna: Alterum illo, Specie tua & mansuetudinem, & iusti-
ciam, deducet te mirabiliter dextera tua. Alterum isto: Sagittæ tuæ acutæ, potius sub te cadent, in corde inimicorum regis. Hic est ergo princeps regum terrarum, & dominus dominantium. Confer eos huic regi. Super quænam sunt con-
stituit. Certe super opera manuum dei, ad sensuales illos titulos regnorum, prouin-
tarum, populorum, & spectacula insignium imaginū monumentorum, qui-
bus reges & principes mundi iactantur. Paruo titulo Christi regnum, & sine
insignibus prædicatur infinitū, & æternū: Opera, inquit, manuum tuarum.
Non enim terræ, aut cæli nomine potuerunt comprehendi: Quicquid enim
creauit deus, Christo subiectum est. ut. 1. Cor. xv. Qui dixit omnia, nihil utiq;
excepit, præter eum qui subiecit ei omnia.

An autem frustra dixit: Omnia subiecisti, & tamen non dixit: Constituiti
eum super omnia: Omisit enim in subiectione opera dei, & in constitutione
omnia, cum tamen coniuncta utrinq; uelit intelligi. An in detestationem fa-
stus & ambitionis sic loquitur, ut nec ille, cui uere omnia subiecta sunt a deo, *Solis rerum ti-
tulis, homines
uehantur.*
titulum iactare esse constitutum super omnia, & maior sit possessio, q̄ titulus:
cum contra homines, nō raro solis rerum titulis uehantur, rebus satis exiguis
dominantes. Illud certe Apostolico more pensandum est, q̄ Christum descri-
bit, non ambuisse hunc principatum, sed a deo constitutum, ut disceremus
tam ingens imperium Christo his uerbis tribuitur, & tamen ambitio singulari
pene syllabis coarguitur, nullum hic inflatum uerbum, quemadmodum de-
creta hominum solent dicere: Cuncta per mundum nobis &c. Et iura tam cœ-
lestis, q̄ terreni imperij Petro clauigero suo commisit. Sic tument Bullæ, infla-
toq; rotant turgentia gutture uerba. Hic autem constituiti (inquit) & eum, &
super opera manuum tuarum. Vide ut pressis, uerecundis, tenuibus, solidis ta-
men uerbis, inæstimabile regnum Christi traçet. Quanc̄ pro constituiti in
hebreo habetur: Dominum fecisti. Quomodo Petrus Act. iij. loquitur: Hunc *in השם*
Christum & dominum fecit &c. sicut soli, Genesis. j. dicitur, ut præesset diei,
Seu, ut psal. cxxxv. Solem in potestatem diei.

Et pulchre opera manuum tuarum dicit: Sine omni specie commēdans pos-
sessionem Christi. Hominum enim mos est his tantum imperare & præesse, *Possessio Chri-
sti sine diffe-
rentia omnis
creatura dei;*
quæ digna, magna, multaq; sunt, & omnino ex quibus ipsi lucrum, hono-
rem, uoluptatemq; capiāt, ea quæ sunt uilia, indigna, & quæ egeant ipsorum
ope, uel opera facile permittunt, ut alijs subsint. At Christus omnium domi-
nus, quæcunq; opera dei censentur, siue sint infirma, ægena, contempta, siue
potentia, opulenta, honorata, possidet, non est rex, qui personarum respectu
caprus regnet, sed quicquid creatura dei est, suum agnoscit, sine ulla differen-
tia. Proinde Christi regnum tale est, ut non modo nulli alteri possit conferri
R ij sed & it

Collatio regum mundi ad Christum.

Solis rerum ti-
tulis, homines
uehantur.

Ambitio con-
guitur.

in השם

Possessio Chri-
sti sine diffe-
rentia omnis
creatura dei;

R ij sed & it

sed & si conferri posset alteri, nullus queat reperiri, qui susciperet. Nemo enim est eorum, qui uel ambitiosissimi sunt, qui optet præesse infirmis, egenis, ignominiosis, & ex quibus nihil sibi prouenire possit. Omnes enim ostendit uerbum hoc: opera manuum dei, & omnia; nec delectantur scire, quid ista uocabula significent.

Opera manuum dei.

Ex his fuerunt & pōtiffices olim, qui omnia sibi arrogarunt, sed non id que fuerunt, ut opera manuum dei, & omnia regerent, sed omnia quæ sibi placerent, & quædam opera dei, quæ ipsi elegerant, cætera, quibus & prodessent, nihil curantes, quātumuis inter opera dei, & omnia, censerentur. Purissimus ergo sit oculus necesse est, & ab omni personæ, ac laruæ specie alienissimus, qui opera manuum dei recte debet intelligere. In hoc enim nomine non distinetur Papa & laicus, Imperator & mendicus, hostis & amicus, sapiens & indotus, sanctus & peccator, sanus & ægrotus, uiuus & mortuus, Idem dominus omnium, & æqualiter omnia sunt illius.

Nota bene.

Consolatio afflictorum, pro ueritate.

Gaude ergo o Christiane, & quicumque te opus dei esse agnoscis, tibi hæc, & magno solatio, dicuntur, si credis uere Christum esse super omnia dominum constitutum, si enim inimici tui, uel a longe in te mala consultant, in quem rogo cōsultant: In te, an in Christum? Eius enim sunt, & illi, & tu: Noli timere, ipse præsens est illis, & hic, uidet quid contra te moliantur, & maiore cura super te uigilat, quæ tu super te ipsum. An putas rem possessam habere posse super se ipsam maiorem sollicitudinem, quæ habet ipse possessor? Quid aurum in arca, uel pera, pro se cogitat? Nonne paterfamilias arcæ, quoque ei prouidit, & omni hora, latronum & furum insidias sollicitus obseruat? An aurum rapitur sibi ipsi, an possessori suo? Et fur, utrum offendit grauius aurum, an possessorem? An putamus auarum hominem uri de rapina suarum rerum, & Christum non uri de quacunque læsione rerum suarum? Et quomodo obediunt patri subiecti omnia sub pedibus? Quæ si te occidant, exurant, lædant, crimentur, eijciant (modo sis ei tu subiectus) rogo cui dānum faciunt: cuius rem perdunt: tuam, an Christi? Væ incredulitati nostræ, quæ præ sua impietate, hæc solatia, & tātā securitatem non potest intelligere. Non enim deest protector, & possessor nobis, sed deest fides, quæ credat nos esse possessionem illius. Verbum enim maxime fidei audis, cum dicitur: Omnia subiecisti sub pedibus eius, & constituiti eum super opera manuum tuarum.

Verbum maxime fidei.

Si dicis, Me uo ne me perdat ipse dominus meus, cū sim peccator magnus, nec meritis ab eo possideri hac felicitate. Non perdet te, si confitearis te esse suum, & eum esse dominum tuum, ipsius enim sunt, & sancti, & peccatores, & omnia opera manuum dei. Omnis lingua (inquit, ad Philippen. ij.) confiteatur quod Iesus est dominus, & hoc ad gloriam patris. Et Ro. x. Si confessus fueris ore tuo, quod Iesus est dominus, & corde tuo credideris, quod deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Hac (inquit) confessione, & fide, si peccator es, non modo iustus, sed & saluus eris, dicit hic Apostolus: Eos potius damnabit, qui cum sui sint, eum nolunt recipere in dominum. Sicut Luca. xix. Verum tamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Hi enim nolunt, & coguntur ei esse subiecti, Non enim habemus regem, qui exactor sit, sed saluator, potissimum eorum qui oppressi sunt, uel pœnis, uel peccatis. Nam in his præter titulum operis dei uix reliquum est: At opera dei sunt eius propria possessio. Quare si peccas & cadis, ne desperes de Christo, non enim extra eius imperium ruēs, nisi desueris esse opus dei. Quod si imperium

Rex noster, non exactor, sed saluator.

Imperium eius agnoscis, & cum illo Sapiētia. xv. et dixeris: Etiam si peccauerim, tuus tui sumus, scientes magnitudinem tuam &c. nō potest ipse te dimittere, nec tu sine fiducia misericordiae eius dimitti. Agnoscet ipse te suam possessio- nem, si agnoueris eum tu dominum tuum. Nam hoc est, quod impijs Isaiā pri- mo exprobat: Cognouit bos possessore suum, & asinus praesepe domini sui, Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Igitur, consti- tutus est nobis super omnia, ut in oibus nos possit iuuare, & ad eum nos quae- mus confugere, siue in peccatis, siue in morte, siue in uita, siue in iusticia. Siue uiuimus (inquit Ro. xiiij.) siue morimur domini sumus. Nemo sibi uiuit, nemo sibi moritur, qui uiuit, domino uiuit, qui moritur, domino moritur.

Non potest
Christus nos
dimittere.

Semper consu-
giendum ad
Christum.

Oues & boues uniuersas, insuper & pecora campi: Volucres caeli,
& pisces maris, qui perambulant semitas maris.

Hij duo uersus occasionem dedisse uidentur interpreti nostro, & alijs, ut de puro homine, psalmum intelligerent, & Elohim, angelos transferrent. In qua sententia sunt, & magni aliquot patres, q̄ ex Genesis. j. cap. homini for- mato deus tria haec animantium genera, legitur subiecisse. Et habent sane pro hoc sensu non parum speciei. Quod uidelicet, omnia illa subiecta uidentur ex- plicare Propheeta his uersibus, esse aliud, nihil, q̄ bestias terrae, caeli, & maris, neq; magnum uideatur Christo tributum, si imperium harum bestiarum ei tribuatur, quando quidem & humani reges etiam hominibus praesint. Verum foriter obstat Paulus, non modo ad Hebraeos (si forte quis eam neget esse Pauli) Sed & j. Corint. xv. Omnia (inquit) subiecit sub pedibus eius, Cum au- tem scripturae & uerbi dei, oporteat esse unum simplicem, constantemq; sen- sum, ne (ut dicunt) sacris literis caream faciamus, iustum est Pauli sen- sum praeferrī omnium aliorum patrum sensui, siue Ambrosij, Augustini, Atha- nasi, Hieronymi. Quae ideo dico, ne quis more scolasticorum doctorum sta- tim pro oraculo sequatur, qui hac ratione nobis scripturam in meras lacinias sensuum se- cuerunt, ut tot sententias prope habeamus, quot syllabas. Et nescio proban- dum, improbandumue sit studium magistri Sententiarum, & Gratiani, quo- egerunt, ut omnia omnium assuesceremus uorare, sicut immunda animalia, nec findentes ungulam, nec ruminantes lingua. Id studij enim, meo iudicio, fons est tot quaestionum, opinionum, rationum & bellorum, quae iam plus tre- centis annis per scholas grassantur.

Scripturae est
unus simplex
& constans
sensus.

De magistro
Sententiarum,
& eius alij.

Permittendi sunt itaq; sancti patres suo quandoq; sensu ab undare, & pro affectu suo, in literis sacris extra ordinē luxuriare. Sed Theologo puram, ger- manamq; intelligentiam scrutanti, necessarium est consultis ipsis sacris literis de omnibus iudicare. Sicut Augustinus in multis locis docet. Et Paulus praeci- pit: Omnia probate, quod bonum est tenete. Quare hi duo uersus, non mo- do Christo parum tribuere uidentur, sed etiam puro cuiq; homini, quando Ge- nesis primo, etiam dominium terrae ei tribuitur, & omnium arborum, herba- rum, lignorum, quod hic ne Christo quidē tributum legimus. Et fateor, non nihil difficultatis locus habet. Augustinus cum suis ad Allegoriam fugit, sed non effugit: Cum enim praemisit omnia, & opera manuum dei, non constat ratio, cur ea explicaturus, solum oues & boues & pisces & uolucres (siue iusti siue peccatores per haec allegorice intelligantur) recenseat. Non enim hi sunt

R iij omnia

omnia illa quæ Christo subiecta sunt, sed in omnibus eisdem comprehensa. Cur ergo præ cæteris explicantur? Cur non fuit satis dicere, omnia, & operam intelligi. Ego confiteor meam ignorantiam, nec quid dicam habeo, mouebo tamen alijs cogitationes, quando aliud non possum.

*Cõtra Iudæos
regno Christi
resistentes.*

Quid si Propheta uoluerit potissimum ea explicare, quæ puro homini sunt subiecta, propter contentiosos ceruicososq; præsertim Iudæos qui maxime omnium regno Christi resistunt? Ne q̄s obganire queat, deum nõ posse sibi ipsi contradicere, q̄ iam olim hæc (Gen. primo) subiecerit homini puro, temporali ditione regenda. Ac per hunc scripturæ prætextum, aut omnia Christo subiecta neget intelligi, & illa, aut Christi uniuersale dominium calumniatur. Sed ita præueniretur huic uersutia, q̄ sic sunt omnia Christo subiecta, ut etiam ea quæ olim hominibus subiecerit deus, non modo nolit excepta, sed una cum hominibus eidẽ subiecta; Idq; adeo, ut si homines nolint Christo esse subiecti (sicut sunt in ueritate) scirent tamen ea, quæ ipsis subiecta sunt, ei subiecta, habereq; eum potestatem in omnia quæ sunt eorũ sine ulla resistentia, quantum libet ipsi resistant. Deinde, non est ulla offensio quæ magis pugnet aduersus fidem dominij Christi, q̄ ipsa impiorum, præsertim Regum & Magnatum, in his rebus homini olim datis, opulentia, ut necessarium fuerit, hæc pprie explicare Christo esse subiecta, ne quis scãdalizatus nõ crederet, si uideret impios, præsertim magnos, nõ subditos ei. Omnia enim alia facile est credere Christo subiecta, præter ea quæ impiorum sunt. Hæc enĩ in potestate eorum plene posita uidentur. De quo & psal. cxliij. Boves eorum crassæ, promptuarie eorum plena. Quasi diceret, Propheta: Ne offẽdare frater, q̄ omnia Christo subiecta esse dixi, cum in solis impijs eius inimicis uideas cõtrarium, q̄ omnia Christo subiecta, nihil uidetur resistere, scito, q̄ & ipsorum quæcunq; habent, sunt Christo subiecta. Et ad hanc sententiam tuandam ualet, si per Epitaphin eleues illud aditũ uerũ uniuersas. q. d. nihil est rerum, etiam rebellium impiorum, nõ tantum sponte subiectorum, quod non sit ei subiectum. Et hoc Apostolus quoque, i. Corinth. xv. queritur, dicens: Nondum uidemus ei omnia subiecta, q. d. Sunt omnia subiecta, sed nondum impletum est, nec uidemus, resistentibus, scilicet impijs. Quare uolucres cœli, pisces maris, per Auxesin additi sunt, ac si dicat: Omnia hominis, sũt subiecta Christo, siue quæ ipse possidet, siue quæ ei Cœn. primo subiecta sunt, ipse est dominus omnium.

*Fiducia Iudeo-
rum in sacrificijs
quasi suis*

Nec id fortē imio abhorrebit, si quis & alteram fiduciam Iudæorum proster ni hoc uersu putauerit, quæ fuit, q̄ sacrificijs & holocaustis animalium uelut suis rebus deo seruire, se credebãt. Sicut sanctus Stephanus Act. viij. eos refellit ex Isaia. lxxvi. q̄ ei templum ædificare præsumerent, cum ipsius iam essent omnia ex quibus templum esset extruẽdum. Ita & hic liceat opinari quando Propheta nouum regem sua gloria & honore colendum docet, non esse q̄ præsumant sese animalibus occisis ei seruituros: Cui enĩ sunt omnia subiecta, etiam oues & boues, & omnia quæ homini unq̄ data sunt, subiecta sunt. Quid ergo dare poterunt illi, cuius sunt omnia quæ habent? Similem enim eorum fiduciam & simili causa, similiq; sententia damnat, & psal. xlix. Non in sacrificijs tuis arguã te, id est, nõ est mihi aduersus causa te propter sacrificia tua. Quare quia holocausta tua, in conspectu meo sunt semper, id est, non est, quod ea mihi offeras, iam sunt enim coram me: Non accipiam de domo tua uitulos, nec de gregibus tuis hircos, qm̄ mea sunt omnes ferae syluarũ, bestia in montibus millium

millium. Cognoui omnia uolatilia caeli, & uniuersitas agri mecum est, si esurie
 ro, non dicam tibi, meus enim est orbis terræ & plenitudo eius. Nūquid man-
 ducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo? Tunc sequitur *verus cultus*
 uerus cultus: Imola deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Inuoca *dei.*
 me in die tribulationis & eruam te, & honorificabis me. Et in fine: Sacrificium
 laudis honorificabit me, & illiciter, quo ostendam illi salutare dei.

Vide an ne hic Asaph hunc psalmum fere totum, ex hoc psalmo. viij. suxe-
 rit: De laude enim dei, in tribulationibus agit (sicut hic psalmus) cōtemp-
 tificis pecorum, quæ dei potius dicit esse q̄ hominum, quibus Genesis. i. da-
 ra sunt, ut scilicet & hic omnia Christi esse scirent, nec posse amplius ei seruire
 his, quæ illi sua esse putent. Adhuciamus & de superstitione aliquid, ac libertate
 Christiana. Quādo enim generalis est hæc sententiā, Christo omnia esse subie-
 cta, & post legem promulgata, necesse est, ut regulet omnia particularia, tem-
 peretq; uniuersa legis præcedentis edicta. Quare nō solum pro sedando scan-
 dalo, quod impiorum opulentiā statuit, nec tantum pro tollenda fiducia,
 quam legis donatio, & sacrificia in rebus istis donatis inflant, sed etiam pro
 uendicanda libertate spiritus, quam legis ceremoniæ, æque stulta fiducia, aut
 infeliciose conscientia, opprimebant. Debit imperium Christi pronunciari,
 & ualere credi. Si quidem ceremoniæ legis potissimum constitentur in anima,
 & ualere credi. Si quidem ceremoniæ legis potissimum constitentur in anima,
 lium differentia in uictus, uestitus, locorum, aquarum, regionum, caeli, &
 omnino in rebus hisce, quæ homini subiecta sunt, Genesis primo. In hæc rem
 Apostolus quoq; i. Corinth. x. cum pro libertate Christiana, aduersus cerimo-
 nias, dixisset: Omne quod uenit (id est, uenditur) in macello, manducate, nihil
 interrogantes propter conscientiam: Subdit, pro causa generalissimam senten-
 tiam ex psalmo. xxij. dicens: Domini enī est terra & plenitudo eius. Ita & hic
 uidetur generalem sententiā dominij Christi aduersus ceremonialem Iudæo-
 rum torisisse Propheta, ut sub Christo, cui omnia subiecta sunt, omnia libera
 esse doceret, & licita, siue malint pisces, oues, boues, uolucres comedere, siue
 abstinere. Dominus est (inquit ipse Christus Marci. ij.) Filius hominis, etiam
 sabbati. Quare dominus: nisi, ut in arbitrio eius sint omnia. Quare dominus
 animalium & bestiarum terræ, maris, caeli: nisi, ut in arbitrio eius sint omnia.
 Ita sub Christo omnia possidente, libera, licitaq; sunt omnia, quæ in caelo, ter-
 ra, mari sunt. In quibus tamen hodie maior est per hominū decreta captiuitas,
 q̄ unq; olim, sub lege fuit.

Hæc sub cuiusq; iudicium relata dictaq; uolo. Ex quibus (si uera sunt) & hi
 duo uersus clari sunt, & ratio aperta est, cur potissimum has res. ex omnibus
 explicarit: Quæ conueniebat liberrimo omnium imperio Christi, omnia libera
 asserere, tutaq; facere, & nos in eo recte instituire. Id reliquum est, q̄ ubi nos
 pecora campi, aptius hebræus בַּחֲמוֹת בַּחֲמַיִם Bahemoth schadai, id est, bestias
 agri habet. Pecora enim latine, domestica animalia significant, quæ per oues
 & boues, satis expresserat. Et ubi nos habemus: Qui perambulant semitas ma-
 ris, uidetur hebræus, non de piscibus sonare, sed de alijs quæcunq; uersantur
 in mari. Geminam enim inductionem, hi duo uersus uidentur mihi contine-
 re in hunc modum, prior: Oues & boues uniuersas, in super, & quicquid ani-
 malium uersatur in agris: Posterior, Volucres caeli & pisces maris, & quic-
 quid uersatur in semitis marium. Vbi id obseruabis, q̄ ex Genesi uolatilia, &
 aquatilia omnia, ex aquis producta scribuntur: Ideo uolucres caeli, cum pisci-
 bus maris, inductione posteriore coniungit.

R iij Quærat

Non possunt
 nobis Pontifi-
 ces prohibere,
 que dei
 sunt.

Semite maris Quærat autem quispiam, cur semitas maris tribuant piscibus, & ihs qui in eo uersantur, cum nihil minus in mari, q̄ semita, sicut & in aere, appareat. Forte q̄ mare totum sit peruium, in quo qualibet bestia suum iter faciat, & tamen nunq̄ communis, & regia uia perseueret, neque eadem uia sapius ibi teratur. Verum hæc leuicula.

Habemus itaq̄ Christum passum, coronatum, prædicatum, ac creditum in hoc psalmo descriptum egregie: quem titulus torculari suo nobis indicauit a principio. Ideo, ut denuo inculcet eius legitimum cultum, qui alius non est, q̄ fides, laus, prædicatio, confessio, repetit uersum primum, dicens:

Domine dominus noster, q̄ admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.

Magnum est enim, & arduum hunc Enos, & filium Adam credere tantæ & gloriæ, & dignitatis esse: Ideo repetendum, & assidue id inculcandum moner. Stat enim sententia: Deum esse memorem, uisitatorem, coronatorem, sed eorum duntaxat, q̄ obliuione, ignominia, solitudine sunt extreme in nihilum redacti, qualem enim exaltasse Christum, hoc psalmo scribitur, tales, & semper exaltaturus eodem exemplo cognosci uoluit: In quo satis demonstrauit, in quos nam oculi sui sint aperti & firmati: Nempe oculi domini super iustos, (id est, eos qui sunt nihil in hac uita, tam sibi, q̄ hominibus) quia humillia respicit in cælo & in terra. Atq̄ hæc ipsa misericordia eius facit, ut magnum sit nomen eius in uniuersa terra.

PSALMVS NONVS.

Ad uictoriam pro occultis filij, Psalmus Dauid.

Quanta bone deus, est huius tituli exponendi uarietas; alius mortem Absalom, alius mortem Goliath, alius instrumentum musicum, alius iudicium dei occultum, alius iuuentutem, alius Cantorem psalmi, aliud aliud intelligit. De quibus omnibus, qui uolet lyram Burgen. & Reuchlin uideat.

Scopus huius psalmi. Ego quantum ex scopo psalmi capere possum, sequar Burgenis titulum, non interpretationem, qui dicit אלמותר Almuth, quod pro occultis transferatur, hebraice iuuentutem significare. Est enim psalmus iste omnino generalis, quædam gratiarum actio, exultatio, exhortatio, oratio plena iucundis affectibus, de uictis uincendisq̄ assidue inimicis, quæ non possit conuenire, nisi populo in medio inimicorum agentis, pugnantis, uincens, triumphantis, tam de præteritis, q̄ præsentibus, & futuris loquenti. Quare de populo Christi, præsertim Martyribus & eorum persona psalmum esse dictum, non dubito. Quod, ut aliquantulum demonstremus, titulum hebraicum traciemus, qui sic habet: למנצח על מות לבן במורר לרור Lamnazeah, Almuth, Laben, Mízmor, Ledauit. Lamnazeah, ad uictoriam sonat, satis expositum supra. Mízmor, Ledauit, psalmus Dauid, Reliquum est Almuth Laben, Si Almuth cum Hieronymo diuidas, in duas dictiones (quod Lyra negat) sonat super mortem, seu ad mortem: Et hinc alij mortem Goliath, alij Absalom, hic somniant. Si unam dictionem serues, est nomē abstractiuum a uerbo אלמ Alma, quod abscondit, significat: A quo uerbo Adolescens, & Adolefcntula uocantur, Elem, & Alma: Quod in tabernaculis, & abscondito educantur, cum peri